eſſe peccatori veniam dare ꝙ ipſi
pctōri accipe Sic feſtiat pctōrem
abſoluere a tormēto ꝯſcientie. q̄ſi
plus cruciet euȝ ꝯpaſſio miſeri ꝙ
ipſum miſerꝝ cōpaſſio ſui. Grego.
Nullū pctōreȝ cōtemnit q̄ pctōres
redimere venit. Bern̄. Non abhor
ruiſti penitētem latronem. non la
crimātem peccatricē. non chana
neam ſupplicātem. nō in adulterio

deprehēſaȝ. non ſedētez i teloneo n̄
ſupplicātem publicanū. n̄ diſcipu
lum te negātē. nec ipſos crucifixo
res tuos Gre. Qui mltos ſanatos
videmus. quid aliud ꝙ miſericor
die pignus tenemus. Exemplum
de muliere que corpꝰ xp̄i ꝯculcauit
Require in ſmone. Procidēs autē
ſeruꝰ ille. Rogemus dominum.

¶ Feria quarta. f. lx.

Honora patrē

tuum ⁊ matrē tuaȝ Math
xv. verba iſta lecta ſunt in euāge
lio hodierno ⁊ ſcripta ſūt Exodi. x
x. Sciendum autem ꝙ parentes de
bemus honorare duobꝰ modis. ſci
licȝ reuerentiam exhibēdo. et neceſ
ſaria miniſtrādo. Primo debeꝰ ho
norarē parentes reuerentiā debitaȝ
exhibēdo ⁊ ſeruicium Eccī. iij. Qui
timet deū honorat parentes ⁊ q̄ſi
dominis ſeruies hiis qui te genue
rūt in ſubſtantia ope ⁊ omi patiē
tia. ſic honorauit xp̄s parentes ſu
os qui erat ſubditus illis ⁊ obedi
ens Luc. ij. Deſcendit qꝫ cum eis et
ſubditus erat illis Qui autē cōtra
riū fecerit illi veniet maledictio dei
tal' Exo. xxi. Qui maledixerit patri
aut matri. morte morietᷣ ſup. eter
na. Sicut patet in abſalon qui of
fendit patrem ſuum ⁊ mala morte
interijt. ij. Re. xviij. Exemplū. q̄dā
puella ſolebat matrem ſuaȝ ſepe
turbare Require in ſermone Vbi
eſt qui natus eſt. attendant hoc
q̄ pntes turbare ſolent. Thob. iiij
Honorē habebꝭ mrī tue ꝙ diu vixe
ris. memēto q̄ ⁊ quāta ꝑpᵉ te ſuſti

nuit·ſeđ mlˀti ſunt ſic canis·Canis
cuꝫ magna ſollicitudine nutrit ca
tulū ſuū·ꝭ qn̄ catulusˀ ſeneſcit mo:
ꝺet ſe cum mr̄e ꝓ oſſe ſicut cū alieo
cane·Sic multi cū magna diligen
tia nutriuntur a pentibus ſeđ qn̄
ſeneſcūt·tunc ꝓ modica re cōtēdūt
cum eis ſicut cum alienis·ſicut ꝓ
vno lecto vlˀ ꝓ olla vel ꝓ vaſe vel cō
ſimili re Talesˀ attendāt qđ dicitur
Eccleſi·iij·Maledictusˀ a deo qui ex
aſperat patrē vel matrem ſuaꝫ Se
cūdo debemꝰ honorare pentes eis
necāria miniſtrādo Eccī·vij·Hora
patrem tuum ꝛ gemitusˀ mr̄is tue
ne obliuiſcaris memento qm̄ niſi
ꝑ illos nō fuiſſes et retribue illis
quō et illi tibi Glō· vt ſic illi te nu
trierūt·ita tu nutrias eos·cum in
digēt ſi potes·Sic honorauit xp̄s ma
trē·qꝛ q̄ꝫ diu vixit curā eiusˀ habuit
ꝛ cū moreret̄ cariſſimo ſuo ioħi cō
miſit Exēplū poſſumꝰ accipe in aīali
bus Job·xij·Interroga iumēta ꝛ
docebunt te·volatilia celi ꝛ indica
bunt tibi·Exēplū legit̄ de gruibꝰ
ꝙ qn̄ ſunt in mutacōe pēnarū ꝛ vo
lare n̄ pn̄t iuuenes eoꝝ adducūt
eis victū·Sic debēt filij ſenibꝰ ſuis
pentibꝫ facere·Seđ heu multi non
faciūt ſicut grus·ꝭ ſic vultur·qui
pentes ſuos ad tēpus nutrit·ſed
quādo vidit ꝙ multū ꝯmedunt·
morſibus eos perimit· Sic multi
ad modicū tēpus nutriūt pentes
ſuos·ſed ſtatim incipiunt habere
tediū ꝛ optant eis mortē·Exēpluꝫ
Quidā homo deſponſauit duosˀ fili
os ꝛ vnam filiā ꝛ dedit eis fere to
tū qđ habuit·Quodam tempe p
rexit ad domū filij·ſenioris qui be
nigne recepit eū·ſed poſt mēſem
vnū cepit habere tediū dicēs·pat·
qn̄ vultis viſitare aliū filium·Ipſe
autē aduertens ꝙ tediuꝫ ſui habe
ret·prexit ad aliū filiuꝫ et ille fecit
ſicut primꝰ Poſtea venit ad filiaꝫ
ꝛ ꝯtigit ſibi ſimile Ille autēꝫ mlˀtū
dolēs rediit domū ꝛ compauit for
tem ciſtā cum tribꝰ ſerisˀ·ꝛ ēpleuit
eā terra ꝛ lapidibus·ꝛ vocatis il
lis tribus pueris ſuis dixit·Noue
ritis me habere vnā ciſtā quā neſ
citis accipite claues ꝛ poſt morteꝫ
meā aperite ꝛ diuidite inter vosˀ q̄c
q̄đ in ea inueneritis Illi gauiſi per
mittebāt patri q̄cq̄đ volebat·Eo
mortuo cōuocatis amicis aperuerūt
ciſtā ꝛ inuenerūt terraꝫ ꝛ lapides
ꝛ litterā in q̄ erat ſcriptū·Fatuus
eſt qui tātū dat filijs ꝙ ipſū men
dicare oꝫ·hoc cōperi in filijs meis
Quod audiētes illi ꝯfuſe receſſerunt
Nō ſic ē faciendū ſeđ pentibus eſt
ſubueniendūꝫ non ſolū in hac vita
ꝭ eē in futura vita pentibꝰ eſt ſub
ueniendū qn̄ ad taleꝫ etatē puene
rūt ꝙ ſe ipſos iuuaē non poterunt
Eccī·iij·Elemoſina patris tui non
erit in obliuione et ꝓ pctō mr̄is re
ſtituetur tibi bonū·Pro pctō mr̄isˀ
vocat̄ elemoſina q̄ dat̄ ꝓ deletōne
pctōꝝ mr̄is·q·d·nō debes obliuiſ
ci pr̄is tui ꝛ mr̄is poſt mortē·ꝭ de
bes ꝓ pctīs eoꝝ elemoſinā daē·Si
enī hō diligit parētes in vita·debꝫ
eē diligere poſt morteꝫ qn̄ magis
indigēt·Exēpluꝫ in rege mino q̄ ha
buit patrē nomine belū quē mlˀtū
dilexit in vita ſua·ꝛ poſt mortē libē

ter ei ſbueniſſ3·a edificauit ſibi pul
cherrimū pallacium ponēs in eo
ymaginē pris ſui de auro factaȝ ⁊
poſuit corā eo menſā·ſup quaȝ ob
tulit ſingul' dieb⁹ optima fercula
⁊ fecit ea ibi comedere·putans ſic
ibi patri ſubuenire iuxta morē gē
tiliū·Si taleȝ fidelitatē habuit gen
til' q̄ nihil d' deo ſciuit mlto magis
debȝ xpian⁹ pentibus ſuis ſubue
nire. Sȝ heu multi ſunt qui nō faci
unt ſicut ille minus ·ſȝ ſic euilmero
dach rex babilonis·qui timens ne
pat' ſuus de morte reſurgeret·corp⁹
pris ſui ſūptū de ſepulchro ſecuit
⁊ diuidebat in tcentas ptes ⁊ de
dit tricētis vulturib⁹ ad deuorādū
dicēs·mō ſum ſecur⁹ q̄ nō reſurgȝ
pater me⁹ niſi iſti vultures pitre ɔ
gregent·Euilmerodach interptā
tur inſipiēs et ſignificat illos qui
inſipient' pris ſui hereditatē conſu
munt ⁊ ſibi nō ſubueniūt·ſed paſ
cūt inde vultures i·demones·qn̄ in
ſeruicio diaboli ⁊ mala ſocietate il
la bona cōſumunt·p quib⁹ aliqn̄
prēs eorū vitam expoſuerūt·Quā
tū autem deo diſplicet q̄ filij penti
bus nō ſubueniūt·ptȝ p exemplū
Vir quidā dedit filio ſuo vxorem·
tradēs ei oīa bona tali ɔdicione q̄
eū q̄diu viuēt nutriret. Cūq3 eū p
aliqd temp⁹ nutriuiſſet cepit de die
in diē expēſas ⁊ cibaria ſibi ſbtra
here ⁊ ad vltimū dedit ſibi cibū ſer
uorū·Quadā die cuȝ veniret pat' feſ
ſus de agro·filius ⁊ vxor eius eū vi
dētes·pullū queȝ aſſauerāt abſcō
derunt in capſaȝ quouſq3 recederet
cūq3 pater receſſiſſet ⁊ fili⁹ pulluȝ

de capſa accipe vellet. Rana mag
na exiliuit ⁊ in faciē eius vngulas
p circuitū validiſſime fixit·Cumq3
vellet eaȝ remouere ⁊ nō poſſet vo
cat⁹ eſt faber vt eā cū forfice detra
heret·At rana in fabrū ita horribi
liter reſpexit q̄ p̄ timore in terrā ce
cidit dicens Non eſt rana ſed dya
bolus ego nō accedam·ſed ille mi
ſerabilit' expirauit ·Rogemus·

¶Feria·vi·ante letare· Fl.xi

Qui biberit aquam quam ego do non

ſitiet in eternum Joh·iiij·Nota q̄
domin⁹ dat multiplicē aquaȝ·Pri
ma eſt ſacri baptiſmatis illa ē no
bis multū neceſſaria·q2 ſine ea ne
mo poteſt intrare in regnum celoꝝ
hanc aquam dedit nobis chriſtus
qn̄ in aquis iordanis baptiſatus
eſt ⁊ aquis virtutē dedit vt celū no
bis apire poſſent Joh·iij·Niſi q̄s
renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpū ſācto
⁊c·vnde dicitur Mat·iij·Aſcēdit
ihs de aqua ⁊ ecce aperti ſunt celi·
Glō·Dum xp̄s aquas iordanis ſu
bijt·celi ianuaȝ nob pandit·Iſta
aqua tantā habet virtutem vt ho
minem ab omnibus peccatis mū
dum facit·vnde figuratuȝ fuit·iiij
Regū·v·vbi helizeus dixit ad na
aman leproſuȝ·vade ⁊ lauare ſep
ties in Jordane ⁊ mundaberis·Et
ſic factum eſt Per ſeptuplicem lo
cōnem notatur q̄ homo a ſeptem
peccatis mortalib⁹ i baptiſmo mū
datur Si āt immediate decederȝ ſic
ſtatim ad celum eleuaretur·Iſta
aqua etiā figurata fuit·iiij·Re·vij·

vbi dicit̃ ꝙ in tẽplo ſtabant duo
decim boues reſpicientes ad orien
tem. ⁊ occidentem. ad meridiem.
⁊ ad aquilonem ⁊ portabant ma
re eneuȝ id eſt lauatoriuȝ cum aq̃
in quo ſacerdos ingredientes tem
plum ſe lauabant. Per mare ene
um ſignificatur aqua baptiſmi q̃
ſcelꝰ lauare debemus Per duode
cim boues qui aquam portabant
ſignificantur duodecim apoſtoli
qui baptiſmuȝ ꝑ quatuor mũdi ꝑ
tesꝰ predicabant. quibus dictũ eſt
Ite in mundum vniuerſũ baptiſã
tes eos in nomine pr̃is ⁊ filij ⁊ ſpi
ritusſancti. Iſta forma verboruȝ di
ligenter eſt obſeruãda. ſi aliquis
mutat ordineȝ verboꝝ vt ego bap
tiſo te: i nomine filij ⁊ patris ⁊ ſpi
ritusſcĩ. non eſt baptiſmꝰ. vel ſi ali
quisꝰ interponat vt ego te baptiſo
in nomine pr̃is affer aquã ⁊. fi ⁊.
ſpũſſcĩ. non eſt baptiſatus. Hec
baptiſatio ſi fieret in alio liquorẽ
ꝙ in aqua ſciliȝ in vino in ceruiſia
⁊c. non eſt baptiſmꝰ. Secũdo dedit
nobis aquã ſue ſcẽ doctrine ⁊ iſtru
ctõnis Eccĩ. xv. Aqua ſapientie ſa
lutaris potauit illũ ſciliȝ hominem
iħm criſtũ. De iſta dicitur Apoc̃. x
xxij. Oſtẽdit mihi fluuiuȝ aque vi
ue ſplendidum tanq̃ criſtallũ ꝓce
denteȝ de ſede dei ⁊ agni. Per fluui
um iſtum ſignatur ſacra ſcriptuã
de q̃ fluit aqua viua ⁊ iſta ẽ doctri
na que hominem ad vitã eternam
ꝑducit Joħ. iiij. Qui biberit aquã
quã ego do ſcȝ aquã ſacre ſcripturẽ
fiet in eo fons ſaliens in vitã eter
nã Et bene ſacra ſcriptura compa

tur fluuio ſiue fluẽti aq̃. quia ad
moduȝ fluuij doctrina ſacra fluit
de p̃mo fonte .i. de deo in apl̃os de
apoſtolis in ſucceſſores eoꝝ ſcȝ p̃
dicãtes. de p̃dicatoribus in audiẽ
tesꝰ ⁊ audiẽtesꝰ mũdificat ⁊ fecũdat
Johan. xv. Jam vos mundi eſtis
ꝓpter ſmonẽ queȝ locutus ſuȝ vob
Exemplũ de beato paulo p̃mo he
remita Require in ſmone. Probe
tis dñica infra octauas epiphãie
dñi Tercio dedit nobis xp̃s aquaȝ
ſui lateris. Jo. xix. Vnusꝰ militum
lancea latus eiꝰ apuit ⁊ ↄtinuo ex
iuit ſanguis ⁊ aqua Iſtud figuã
tuȝ fuit. Ezech. xlvij. vbi ezechieli
oſtẽſũ eſt templũ. ⁊ ecce aque ĩdũ
dantes ex latere dextro templi exi
bãt. ⁊ omnes ad quos puenit aq̃
iſta ſalui facti ſunt Per templum
iſtd̃ ſigtur corpꝰ xp̃i Jo. ij. Soluite
templũ hoc ⁊ in tribꝰ diebꝫ excita
bo illud hoc aũt dicebat de templo
corp̃is. Corpꝰ eniȝ xp̃i ſolutũ fuit
in morte ⁊ poſt mortẽ reſuſcitatum
fuit in reſurrectõne. de cuiusꝰ latere
dextro aqua ſaluberria ꝓfluxit et
omnes ad quos puenit aqua iſta
ſalui fcĩ ſunt. ⁊ hoc ẽ qd̃ canit eccã
tempe paſcali Vidi aquã egrediẽ
tem de tẽplo ⁊c̃. Hanc aquã antiq̃
pr̃es ſibi dari petebant. Vñ moy
ſes dicebat Nũi. xx. Exaudi domie
clamorẽ ꝑpl̃i huius ⁊ aperi eis the
ſaurũ fõtem aque viue. et cũ moy
ſes ad p̃ceptuȝ dñi petrã bis pcuſ
ſit cũ vga. egreſſe ſũt aque largiſ
ſime ita vt omnis populꝰ biberȝ et
iumẽta Per petrã deſignat̃ xp̃s p̃
Coi. x Petra aũt erat xp̃s. hec bis

pauſſa fuit· ſcȝ in flagellacōe ⁊ cru
cifixione ⁊ egreſſe ſunt aq̄· tam de
oculis q̄ꝫ de latere ita largiſſime ꝙ
totus mūdus eſt in eis ablutus.
Quarto dat dominꝰ ſuis ſuis aq̄m
gracie ſalutaris Jo.iiij. dixit domi
nus ad mulierem chananeaȝ· Si
ſcires donum dei ⁊ quis eſt qui dic̄
tibi da mihi bibē tu forſā petiſſes
ab eo ⁊ dediſſ ȝ tibi aquā viuam ꝰ
graciaȝ ſuā viuificātem· Deꝰ enim
eſt fons viuus ſic dic̄ Pſal. Sitiuit
aīa mea ad deū fonteȝ viuū· Bern̄.
Deus eſt omnia in omnibꝰ. ſi eſu
[illegible] eſt· ſi ſitis fons eſt· De fō
te [illegible] debemꝰ petere aquā viuā cū
[illegible] dicēdo· Da mihi hāc aquā
viuaȝ vt nō ſiciam in eternū· Dn̄s
patus eſt dare Apoc̄.xxij· Sitienti
dabo de fonte aque viue gratis· Si
cut enim aqua naturalis ꝯmunis
eſt omnibꝫ trāſeuntibus ita deus
dat cōmuniꝰ aquā gracie ſue oībꝫ
deſiderantibus· tam paupibꝰ q̄ꝫ di
uitibus· vnde dī yſa.lv. Omēs ſiti
entes venite ad aquas dicit dn̄s.
nō vllum excepit niſi qui eſt indiſ
poſitus ad recipiendū· Anſelmus
Non ideo homo grāȝ nō habet ꝙ
deꝰ non dat· ſed quia homo non ē
patus recipe ⁊c̄. Proū.xvi. homi
nis eſt p̄parare animaȝ· debet aūt
preparare ſe p humilitatem cordis
ſui. ſicut enim aqua deſerit mōtes
⁊ fluit ad valles· ſic gracia dei deſe
rit ſuperbos ⁊ fluit ad humiles vñ
dicitur· Jacobi.iiij. Quia ſupbis re
ſiſtit deꝰ humilibꝰ aūt dat graciā
vñ. pſ̄. Inter medium monciū per
tranſibunt aque· dic̄ aūt pluralit̄

aque. ꝓpter ſeptuplicē grām ſpūſ
ſcī· hec aqua gracie diuine ſanat ī
aīa omnes īfirmitates. vñ figura
tū eſt Jo.v. Erat aūt iheroſolimis
ꝓbatica piſcina q̄nq̄ porticꝰ ha
bēs· in his iacebat multitudo max
ima languētiū· cecoꝝ· claudoꝝ· ari
dorū· expectantiū aque motuȝ· ibi
dic̄ Glō· Ceci ſunt qui non habent
lumē fidei. Claudi ſunt qui non vi
dēt ꝙ nō poſſunt opari. Aridi qui
quicq̄d agunt ſine pinguedīne ca
ritatis faciunt· Vñ expectāt aque
motum in qua fiebat ſanitas per
āgelū. Aque mocio grām ſpūſſan
cti ſignificat. ꝙ oēs infirmitates
ſanare poteſt· ⁊ ideo cū magno deſi
derio debemꝰ expectare Job.xij. Si
cōtinuerit aquas ſcȝ grē. omnia
ſiccabūtur. ſi aūt emiſerit eas ſub
uertet terram· i· omne terrenū qđ
eſt in hoīe. Hec piſcina habȝ quin
q̄ꝫ porticus p qđ notat̄ ꝙ aque gra
cie diuine adquiruntur maxīe per
quinq̄ꝫ vulnerū xp̄i recordacōem
Exemplum de quodam temptato
qui ante ymaginem crucifixi gra
ciā inuenit ⁊ temptacōes ſupauit
Require in dn̄ica.xviij. in ſmone
Grās ago deo meo· Quinto dat do
minꝰ aquam ꝯtrite lacrimacionis
Felix enim eſt cui datur hec aqua
ad deflendum pctā Jhere.ix. Quis
dabit capiti meo aquam ⁊ oculis
meis fontem lacrimarum ⁊ plora
bo die ac nocte Augꝰ. ſi totus ver
tar ī fletū Require ſup̄ in ſermone
Hec eſt volūtas dei· Bern̄. Exite la
crime· Ibi dic̄ hanc aquā dedit do
minꝰ petro qñ ptꝰ trinam negacō

nē reſpexit eū · ipſe foras iuit ⁊ fle·
amare Quez effectū habuit aqua
hec Re dō·x· i b Vides ibs ciuitatē·

Dominica quarta F·lxij·

Illa que ſurſum eſt

ihrlm libera ē q̄ ē mr̄ nr̄a· Gal· iiij
Per ciuitatē iſtā Jrlm quā cōme
dat nobis apl'us ſignificat regnū
celorū qd ꝯmendat a q̄tuor dicōi
bꝫ Prio a ſitus habilitate quia in
alto ſita eſt · cū dicit que ſurſuz eſt
Scdo mō a pacis trāquillitate·ideo
vocat ihrlm i· viſio pacis·Tercio
modo a tributi libertate · vn̄ dic̄ li
bera eſt· Quarto mō a ciuiū carita
te·vn̄ dic̄ que eſt mr̄ nr̄ā · qꝛ ibi di
ligūt ſe omnes ſicut filij vni9 mris
Primo mō cōmendat in hoc ꝙ in
alto loco ſita eſt ſcz i celo empirio
Eccī·xxiiij·Ego in altiſſimis habito
⁊ thronus me9 in colūna nub·No
tādū autem ꝙ in ciuitate que in al
to eſt poſita ſolent inueniri quatu
or ꝯmendabilia· Primū eſt ſecuri
tas qꝛ ſecurior eſt ciuitas in mōte
excelſo ꝙ̄ in valle Sic i excelſa ciui
tate maior ē ſecuritas ꝙ̄ in hac val
le miſerie vbi nulla ē ſecuritas Ber
Heu mihi qꝫ vndiqꝫ mihi bella Re·
in ſmone Mulier chananea· Jtez
Bern̄·Caro ſuggerit michi mollia
mund9 vana·dyabolus aduerſa·
Quotiens aliqua cogitacō carnal
mentem importūe pulſat·de cibo·
de potu·de ſōno ceteriſqꝫ ſimilibus
ad carnis curā ptinentibus ·caro
mihi loquitur Quādo vero de ambi
cōne ſcl'i·de iactātia·de arrogātia·
cogitacō vana in corde verſatur de

mūdo eſt·Cū autez ad irā vel iracū
diam vel amaritudinem puocātur
mens mea tūc diabolica ſuggeſtio
eſt·Jſti aūt ſunt hoſtes qui ſemꝑ
impugnāt hominē ⁊ ideo nūꝙ̄ pōt
eſſe ſecuritas in hac vita·ſꝫ qn̄ p
ueneri9 ad illam ciuitatē que ſur
ſuz eſt in excelſo throno celoꝝ·tūc
eri9 ſecuri ab iſtis Ber·O ciuitas
dei ſecura manſio paterna·totum
ꝯtinens qd delectat· ppl's ſiue mur
mure·incole quieti hoīes nullā ha
bētes indigētiā·O ꝙ̄ glorioſa dcā
ſunt de te ciuitas dei Scdm eſt ſani
tas qui eni habitāt i loco eminen
ti ſolent ſaniores eſſe ꝙ̄ hij·qui hi
tant in palude·Jbi ergo in illa ſu
perna ciuitate dei nulla ē infirmitas
qꝛ ibi null9 eſt infirm9 · null9 cec9
null9 claud9·null9 īfirmat·nullus
ibi morit·Apoc·xxi·Mors vltra nō
erit neqꝫ luct9 neqꝫ clamor ſꝫ nec vl
lus dolor Aug9·Juuētus ibi nūꝙ̄
ſeneſcit·ibi ſenect9 nūꝙ̄ marceſcit
ibi vita terminū neſcit·Jnnocēti9
Jn regno celeſti eſt fortitudo ſine
debilitate·ſanitas ſine infirmitate
pulchritudo ſine diffoꝛmitate vita
ſine morte·Anſelm9· Quid amas
o aīa·⁊ caro mea quid deſideras·
ibi erit·quicquid deſideratis quic
quid amatis·ſi delectat vos longa
vita ⁊ ſalubris · ibi erit ⁊ ſana et
nitas ⁊ eterna ſanitas· qꝛ iuſti in
ppetuum viuēt ⁊ ſalus iuſtorum
a dn̄o·Terciū eſt ſuauitas ſiue de
licie qꝛ in ciuitatib9 i mōte poſitis
ꝓpt aeris ſanitatē ſuaui9 ē ⁊ delicio
ſi9 habitaē·ꝙ̄ in ciuitate in valle
lutoſa poita·ſic i ciuitate ſupna mul

do maiores sūt delicie ꝙ̄ in hac val
le miſerie Ancelm⁹. Omnes delicie
que fuerūt ab inicio mundi ⁊ ſunt
et erūt vſq; ad diem iudicij in hoc
mundo minores ſunt reſpectu illi⁹
ſanitatis. ꝙ̄ ſit vna gutta reſpectu
toti⁹ maris Bern̄. Tanta eſt iocū
ditas ⁊ ſuauitas illius patrie ꝙ ſi
nō liceret ibi eſſe niſi per vni⁹ mo
menti moram. omnes dies huiꝰ
mundi pleni delicijs cōtemnerent̄
Cui ɔparata omnis aliūde ſuauitas
dolor eſt ōne dulce amarū eſt. om
nis iocunditas meror. omne decus
fetidum. omne quodcūq; delecta
re pōt moleſtum. cum dei bonitas
in infinitū excedit omnē bonitatē.
Aug⁹. Ibi erit ōnis plenitudo ob
iecta viſui. ōnis armonia reſonās
auditui. ōnis dulcedo influēs gut
turi. omnis ſanitas ſbiecta tactui.
fragor omniū aromatū fumigās
olofactuj. ſola p̄guſtacō illi⁹ gau
dij. plus valz ꝙ̄ omnes delicie h⁹
mūdi. pſ̄. Guſtate ⁊ videte qm̄ ſu
auis eſt dn̄s. hāc guſtauerat Au
g⁹. qn̄ dixit Introducis me. Req̄re
in ſermone Gaudete. Bern̄. Si vna
gutta illi⁹ gaudij ſic inebriabat.
multo magis totus fluct⁹ Si dei ve
ſtigia tantū hn̄t ſuauitatis: q̄t ha
bet ergo de⁹ q̄ eſt fons totius gau
dij. Petrus cū guſtaſſet i mōte op
tabat ſic ſemp p̄manē dicēs. Dn̄e
bonū eſt nos hic eſſe. faciam⁹ hic
tria tabernacula Exemplū d̄ illo q̄
cogitans de illo v̄ſiculo. Qm̄ mille
anni añ oculos tuos. Rogauit do
minū oñdere ſibi minimū gaudiū
r̄gni. Req̄re dn̄ica. xv. ſ. p̄mū querite r̄gnū dei. Quartū ē claritas. q̄ in
ciuitate i alto poſita maior eſt cla
ritas ꝙ̄ in ea q̄ in palude eſt vnde
freq̄nter nebule ⁊ vapoēs aſcēdūt
In illa em̄ ſuperna ciuitate eſt ma
xima claritas Apoc̄. xxi. Ciuitas il
la non eget ſole q̄ luna vt luceant
in ea nam claritas dei illuminat eam
Inſup fulgebūt corpora ſanctorū
ſicut ſol qn̄ primo fuit creatus. q̄
tūc fuit ſeptupliciter clarior ꝙ̄ nūc.
quia ꝓpter tranſgreſſionē p̄mi ho
minis ſex partes amiſit ſue clarita
tis. ſicut dicit gloſa ſup yſa. xxx.
Quāta putas erit claritas vbi tot
cōueniunt ſoles Thob. xiij. Beat⁹
ero ſi fuerint reliquie ſeminis mei
ad videndum claritatem ciuitatis
ihrl'z Exemplū de quodā demone
q̄ dixit de claritate Req̄re i ſermōe
Primū querite regnū dei. Circa ſe
cundū nō ꝙ ciuitas celeſtis ɔmen
dat a pacis trāq̄llitate. ido interp̄
tatur ihrl'm i. viſio pacis Pax em̄
eſt ibi p̄fecta. yſa. xxxij. ſedebit po
pulus me⁹ i pulchritudine pacis.
in requie opulenta. in tabernacul'
fiducie. ido dicit̄ viſio pacis. quia
ibi videbimus deū q̄ nob' pacē fecit
ſuo ſanguine ⁊ in eius viſione pa
cem habebim⁹. vnde dn̄s ait Ioh.
xvi. In mūdo preſſurā habebitis.
in me aūt pacem. Pſ̄. Delectabū
tur ſācti in multitudine pacis. An
ſelmus. Si pax ⁊ ſecuritas ibi defi
ceāt ibi eſt certe illud gaudiū qđ
nunꝗ̄ deficit. certi erūt nunꝗ̄ illud
ſua ſponte amiſſuros. nec deuz ab
eis ablaturum. nec aliquid deo po
tenci⁹ deuz et illos ſeparaturū. Cir

ta tercium notandũ ꝙ ciuitas cele
ſtis ꝯmẽdat a libertate. vñ dicit.
libera ē. Ibi enĩ hõ erit liber ab om
ni ſeruitute qua mõ grauat̃ i hoc
mũdo. nũc cogit hominẽ princeps
terre. nũc ꝓpria caro ad ſeruiẽduȝ.
quidã ſeruiũt peccatis. qꝛ q̃ faciũt
pctm̃ ſerui ſunt peccati. quidaȝ di
uicijs ſicut auari. quidã dyabolo
ab õnibꝫ iſtis liberi ſunt et erũt ſã
cti. Et illaȝ libtatẽ quã mõ habȝ ai
mus. cogitandi quocũqꝫ vult. illã
tũc habebit caro ⁊ corp⁹ hominis.
qꝛ in ictu oculi tranſibit ab oriẽte
in occidentem. ita ꝙ nihil obſtare
poſſit neqꝫ mur⁹ neqꝫ aliquod ob
ſtaculum. ſcd̃m ꝙ dicit Anſelm⁹
Erit ciuitatis illi⁹ vna in omnib⁹ ⁊
inſepabilis in ſingulis volũtas li
bera. ab omni malo liberata. ⁊ im
pleta omni bono fruẽs indeficien
ter eternoꝝ iocũditate gaudioꝝ.
oblita culpaꝝ nec idõ ſue liberati
onis oblita vt liberatori ſuo nõ ſit
grata. Circa quartũ nõ ꝙ ciuitas
celeſtis ꝯmendat̃ a ciuiũ caritate.
vñ dicit. mat̃ nrã eſt q. d. Omnes
q̃i frẽs vni⁹ matris ꝯcordabimus
ibi et mutuo diligem⁹ Tanta erit
cõcordia et caritas ꝙ q̃libet felici
tatẽ alteri⁹ ſuam reputat. ⁊ ď ea ſi
cut de ſua iocundat̃. Anſelmus In
illa pfecta caritate innumerabili
um angeloꝝ ⁊ hominũ. nullus mi
nus diligit aliũ q̃ ſeipm̃. Nõ alit̃
quiſqꝫ gaudebit ꝑ ſingulis q̃ ꝑ ſe
ipſo. Bern̄. Quid igitur in illa cele
ſti ciuitate eſt ſinguloꝝ. hoc eſt p
caritatẽ omniũ. vna erit õmiuȝ lin
gua iubilacio indefeſſa. vn⁹ affcũs
amor etern⁹. vnũ erit ibi gaudiuȝ
vna pax. ſufficiẽcie et̃nalis trãq̃lli
tas Ibi enĩ erit angeloꝝ et homi
num vnuȝ gaudiuȝ. vnũ colloqui
um. vnum cõuiuiuȝ Aug⁹. Beata
illa ciuitas. magnũ in ſe bonũ vide
bit. ꝙ nulli ſupiori. nullus inferior
inuidebit. ſicut nũc Sed vnuſquiſ
qꝫ tantuȝ gaudebit de alteri⁹ felici
tate quantum de ſua propria.

De eodem. F. lxiiij.

Abijt ieſ⁹ trãs
mare galilee ⁊ ſequebatur
euȝ multitudo magna Jo. vi. In
iſtis verbis duo ſunt cõſideranda.
primo quid p mare intelligatur.
ſecundo quid p multitudinẽ q̃ euȝ
ſequebat̃. Circa p̃mũ nõ ꝙ p ma
re mundus ſignificat̃ ꝓpter multa.
Primo ꝓpter amaritudineȝ. Nam
mare habet aquã amariſſimaȝ et
tñ piſces in hoc ꝯcurrentes delectã
tur in hoc hitare. Sic delectacio h⁹
mundi amara eſt anime. licet ho
mines aſſueti nõ cognoſcãt ſȝ dele
ctent̃ in eis Job. xxx Eſſe ſub ſenti
bus delicias ꝯputabũt. De amari
tudine hui⁹ aque dr̄ Apoc. viij Mlt̃
ti mortui ſũt de aq̃s .i. de mũdi deli
cijs. qꝛ amare facte ſũt. ſ. p⁹ mortẽ
Prou. v. Nouiſſima illi⁹ amara q̃i
abſinthiũ Jhe. v. Vide q̃ malũ ⁊
amaꝝ ſit dereliq̃ſſe dñm deũ tuũ.
De delicijs h⁹ ſeculi q̃ amar̃ erũt
poſt mortẽ dr̄ Apo. xviij. Quãtũ gl̃i
ficauit ſe q̃s in delicijs. tm̃ date ei
luctũ ⁊ tormẽtũ. ſic patet in diuite
epulone Luc. xvi. Exemplũ ď quo
dam monacho q̃ vidit animam cu

uſdā diuitiſ duci ad infernū Req
e in ſermone Gaudete in dño· Se
ūdo· mūdus ꝯpatur mari ꝓpť iḣa
ꝯitanciuȝ pſecutionem· ſic enī pi
ſces maris hñt multos hoſtes in
ſidiātes ⁊ pſequētes eos· ſic in mū
do multi ſūt pſecutores· pš· Mľti
ſūt q̄ pſequūtur me· ſ· mūd9· caro·
⁊ dyabolus Mūd9 inſidiať pmittē
do longā vita ⁊ mētiť Job· xxi· du
cūt in bōis dies ſuos ⁊ in pūcto ad
infernū deſcēdūt Aliqñ inſidiatur
dādo pſpitatē in bonis tpalib9 Eſt
enī mūdus ſic iudas q̄ dixit iudeis
Quēcūq3 oſculat9 fuero ipſe ē tene
te euȝ ⁊ ducite euȝ caute· Jta dicit
mund9 dyabolꝰ· quēcūq3 oſculatuſ
fuero pſpitate tpali· ipē ē quē tra
do vob̄ tenete eū ⁊ ducite eū caute
⁊ pmittite eū viuē ſcd̄m ſuā volun
tatē Gre· Cōtinu9 ſucceſſuſ tpaliū
certū eſt future calamitatis indici
um Secūdus hoſtis ē caro· iſta in
ſidiať p malas ꝯcupiſcēciaſ Galꝰ·
v· Caro cōcupiſcit aduerſuſ ſpm̄·
Ecc̄i· xviij· Poſt ꝯcupiſcencias tu
as nō eas ⁊ a volūtate tua auerte·
Terci9 hoſtis ē dyabolus q̄ inſidia
tur in ōni loco nob̄ ⁊ in ōni tpe p̄·
Pe· v· Sobrij eſtote ⁊ vigilate ꝙ
aduerſari9 vr̄ dyabolus tanꝙ leo
rugiēs circuit q̄rens quē deuoret·
Grauis ē iſte hoſtis ꝙ nō ē ſolus
ſꝫ habȝ infinitos ſocios· vñ pš· Re
ſpice inimicos meos qm̄ multiplica
ti ſūt ⁊ odio iniq̊ oderūt me Exem
plū Quodā tpe btūs martin9 trā
ſiuit iuxta quēdā fluuiū vidit mľ
tos mergos in flūme piſcib9 inſi
diātes ⁊ q̊ſdā capiētes· ⁊ ait For
ma demonū hec ē· inſidianť incau
tis· capiūt neſciētes· captos deuo
rāt· ſaturari nequeunt deuoratis·
Terco ſicut in mari nō ē loc9 man
ſionis· ſic nec i mūdo Heb· xiij· Nō
habemus hic manentē ciuitatē ſꝫ
futurā inq̄ramus Aug9· Nihil ali
ud eſt pñs vita ꝙ curſus ad mor
tem in quo nemo vel paululū ſtaē
vel tardius ire pmittitur· ſed pari
modo omnes vrgemur· Felix ē er
go qui edificat in alia vita certam
manſionem· ex quo hic māſioneȝ
diu habere nō poterit· Exemplū·
legitur ꝙ quidā dux grecoruȝ cū
eſſet in extremis reſpiciēs domos
et caſtra ſua ingemiſcēs dixit O do
mine de9 quantū ꝯtēnendus ē mū
dus· ꝙ ego q̄ tot habui caſtra et
palacia in quib9 ſolebā habitaē
et hoſpitari· mō neſcio vbi hac no
cte debeo deuenire et q̄s debeat me
hoſpitare· Quāto ſic ſūt mľta picu
la in mari ſic in hoc mūdo ſunt mľ
ta picula Bern̄· Pe[r]icula hui9 mū
di pbat trāſeunciū raritaſ ⁊ peun
ciū multitudo· amas ſeculū abſor
bebit te· amatores ſuoſ ſolet vora
re· nō ptere illiſ Multo piculoſior ē
mund9 ꝙ vel mare· ꝙ in vero ma
ri ſubmergiť tantū corpus Jn mū
do ſbmergiť aīa· Et inť multaſ na
ues ⁊ hoīes nauigantes in mari
vix ſubmergiť vn9 Sed in hoc mū
do inter multos vix ſaluabiť vn9·
Exemplū Quidam clericuſ āmoni
tus a ſuo epō vt alijs bñficijs reſi
gnatis vnuȝ tantū reſeruaret· qui
ait· temptabo vtrū pluib9 bñficijs
poſſum ſaluari· Tūc eps adiurās

precepit ei vt ad eum rediret ⁊ de
ſtatu ſuo reuelaret. Mortuꝰ ergo appa
ruit epō dicēs. eternalit̄ ſe damna
tū ꝓpter auariciā Et poſt multa. q̄ſi
uit ab eo dicens. Viuit ne adhuc
aliq̄s ſup terram Cui rn̄dit eps. q̄
mō ſic q̄ris. qui dixit. Certe poſt q̄
fui mortuꝰ multitudo magna ad in
fernū deſcendit q̄ non credebā tot
homines eſſe in mūdo. Quinto ꝯpa
tur mūdus mari. q̄r ſicut nemo p̄t
tranſire mare niſi p nauī vt ad aliud
litus perueniat Sic nemo p̄t trāſire
pericula huiꝰ mūdi vt ad vitaȝ eternā
perueniat niſi p nauim pnie Sap.
xiiij. Tranſeūtes mare p ratē ⁊ na
uim liberati ſūt. p nauiȝ iſtā ſigni
ficat penitēcia Lu. xiij. Niſi pniam
egeritis oēs ſimul peribitis. ⁊ ſicut in
mari ſecurior ē magna nauis q̄ par
ua. ſic ſecurior eſt magna pnia q̄
parua Hoc mare trāſiuit xp̄s p ma
gnā pniam et grauē quam egit p
noſtris peccatis ⁊ nō p ſuis. Bern.
Age pniaȝ hoc tibi p̄dicat ſtabu
lum. hoc tibi preſepe clamat. hoc
mēbra infantilia loquunt̄. hoc la
crime ⁊ vagitus euāgeliſant. yſa
ie. xliij. Seruire me feciſti in pc̄cis
tuis ⁊ ꝓpter peccata tua ⁊ p̄buiſti
mihi laborem in iniquitatibꝰ tuis
quaſi dicēt. ꝓpt̄ iniq̄tatē tuaȝ labo
reȝ pnie ſuſtinui. Et ſequebat̄ euȝ
multitudo magna ⁊ oēs ſancti p
tribulaciones ⁊ paſſiones ad reg
nū celoꝝ peruenerūt Bern. Facta p̄
cedenciū patꝝ recolamꝰ ⁊ nō erūt
grauia que toleramꝰ. Exemplū de
quodam iuuene qui religioneȝ ſu
ſtinere nō potuit ſed exiuit. cui oc
currit xp̄s Require in ſermone Om
nia quecūq̄ ſcripta ſunt.

¶ Feria quarta. F. lxiiij.

PReteriens ihe
ſus vidit hominem cecum
a natiuitate ⁊c̄. Per cecuȝ iſtū ſig
nificatur homo peccator. peccatuȝ
em̄ excecat hominem Sap. ij. Exce
cauit eos malicia eoꝝ. Sciendū au
tem q̄ quinq̄ ſūt principalit̄ pec
cata q̄ excecāt hominē. Primū eſt
auaricia et hoc figuratū ē Thob.
ij. vbi dī q̄ ſtercora yrūdinuȝ ceci
derūt ſup oculos thobie et cecus fa
ctus eſt Thobias interpretat̄ du
ctus ad luctū ⁊ in p̄nti vita ꝓpt̄ ꝯti
nuā curam ⁊ in futuro ꝓpt̄ eternaȝ
dānacionē Stercora irūdinū ſunt
tēpalia bō phil. iij. Oīa arbitror vt
ſtercora. Iſta excecāt hominē q̄
nō ꝯgnoſcit deū creatorem ſuū Ex
emplū. vſurariꝰ quidaȝ in agone
iacēs rogatꝰ ē ab amicis ſuis q̄ de
um inuocaret ⁊ oſtenderunt ei imagi
nē crucifixi dicētes. vtꝝ ꝯgnoſcēt.
rn̄dit. nō cognoſco illū ligneū iſte
ſū ſȝ illū argēteū quē hēo in vadio
in ciſta repoſitum ⁊ in tali cecitate
mortuꝰ ē. vn̄. Exo. xxiij. Non accipi
as munera q̄ excecāt etiaȝ pruden
tes. Scd̄m pc̄tm̄ qd̄ excecat hoīem
eſt ſupbia. Iſtud figuratū ē in ſede
chia q̄ regali dignitate elatꝰ alij re
gi. ſ. babilonie ſubditꝰ eē noluit.
ideo cepit eū ⁊ eruit ſibi oculos. ſic
oēs ſupbi q̄ nolūt ſbditi eē. ſȝ ſp
volūt ſe alijs p̄ferre. ceci ſunt q̄r vi
detur eis q̄ tales ſunt quales nun
q̄ erunt. vnde dictum eſt cuidam

ſupbo q̄ glolabat̄ ꝙ nulli⁹ indige
ret Apoc̄·iij·tu dicis diues ſū ⁊ nl̄
li⁹ egeo ⁊ neſcis ꝙ miſer es ⁊ miſe
rabilis paup nud⁹ ⁊ cecus·Glō.
miſer es in vita miſeābilis i fama
et paup in bonis opibꝫ ⁊ nud⁹ vir
tutib⁹ ⁊ cec⁹ ꝙ decept⁹ es eo ꝙ tpa
lia pmanēcia credis·Exēplū in ala
xādro magno q̄ adeo excecat⁹ fuit
p ſupbiā·ꝙ cū ōnes regiones ſibi
ſubiugaſſet·volebat adiē padiſū
Reǭre in ſermōe Qui ſe exaltat hu
miliabit̄ dn̄ica p⁹ trinitatis·Terti
um peccatū qd excecat hominē eſt
luxuria Iſtud figuratū eſt Iudic̄.
xvi·In dalida meretrice q̄ exceca
uit ſamſonē·Dalida meretrix ſig
nificat luxuriā ſiue carnis ɔ̄cupiſ
cēciam·p ſamſonē q̄ eam adama
uit ſignificat̄ q̄libet peccator q̄ ſeq̄
tur ɔcupiſcenciaꝫ ſue carnis·Ipſa
tradit eum in manib⁹ inimicoruꝫ
ſuoruꝫ·i·demonū·Ecci·xviij·Poſt
ɔcupiſcencias tuas ne eas ⁊ a vo
lūtate tua auertere·Si pſtas anime
tue·i·vite ɔcupiſcēcias faciet te in
gaudiū inimicis tuis ſicut patuit
in ſamſone ꝙ inimici eius exceca
uerūt eum ⁊ illuſerūt ei Greḡ·Car
nal̄ delectacio menteꝫ quā inficit
ɔſtituat·videre veri luminis clari
tateꝫ ne valeat·ꝫ vñ inferi⁹ delecta
tur·inde ad ſupnā caligīnē faſciat̄
Sic excecati fuer̄t duo iudices q̄ in
ſuſannā exarſerūt·De quib⁹ dicit̄
Daniel·xiij·Declinauerunt oculos
ne viderent celū nec recordarent̄ iu
diciorꝫ iuſtorū Aug⁹·Ve eis dn̄e
qui auerterūt ſe a lumine tuo et de
ſixi ope carnali delectant̄·ſic exceca

ta fuit illa mulier que ſeipſam ob
amoreꝫ interfecit Reǭre poſtea in
ſermone Non ſim⁹ ɔ̄cupiſcentes
Quartū pc̄m̄ qd excecat homineꝫ
eſt ira·Vnd Iob·xvij·Caligauit
ad indignacionē oculus me⁹ Gre.
p iram veritatis lux amittitur ſicut
ſcriptū eſt·ſol non occidet ſup ira
cundiā vrām Cui menti iracūdia
confuſionis tenebras mittit·huic
deus radiuꝫ ſue cognicōnis abſcō
dit·Idem gregori⁹ dyabolus ſan
ctos viros q̄s in tēptacione vincere
nō pōt·p irā ſepe mitit̄ eos excecare
vt ſic eos tanq̄ cecos ducat ad fo
ueam peccati·vnd Soph·p̄ tribu
labo eos et ambulabūt vt ceci·Dy
abolus em̄ facit ſicut piſcator qui
pturbat aquaꝫ vt piſces nō viden
tes hamū intrent·Et ſicut coruus
veniēs ad cadaueā p̄mo eruit ſibi
oculos·ſic dyabolus p̄mo excecat
homines p irā ne lumen veritatis
agnoſcāt·vñ Catho·Impedit ira
animū ne poſſit cernere veꝝ Et tūc
inclinatus eſt ad ōne malū ſcꝫ pec
catū·Iratus em̄ nō pcit patri nec
mri ſorori nec fratri·Quītū pc̄m̄
qd excecat hominē ē inuidia Inui
dēs em̄ nō videt bonuꝫ pximi ſui et
quicq̄d malū eſt hoc vidꝫ ⁊ hoc ɔ̄
ſiderat ⁊ hoc recitat·vñ figuātum
eſt·p̄·Re·iij·p heli q̄ nō poterat vi
dere lucernam domini anteq̄ extin
gueretur et tunc vidit eā extinctā
quā prius nō vidit ardentē·Sic in
uidus non videt bonū opus ⁊ luci
dum pximi ſui·ſꝫ extinctū ⁊ malū·
vñ Gregori⁹ Mens inuidi cū alie
no bono affligitur·de radio ſolis

obſcuratur. Ipſi enī ſunt quaſi no
ctue lucem bonorū operū videre nō
valentes. ſ malorū operꝝ tenēbras
ſemp cōſiderātes Ecc. xiiij. Nequā
eſt oculus inuidi qꝛ nō poteſt vide
re bonum alterius vñ Mat. xx. An
oculus tuꝰ nequam eſt quia ego
bonus ſuꝫ Bonus eſt dominꝰ quia
dat vnicuiqꝫ ſcd̄m ſuam miſericor
diam. Sed nequā eſt oculus inui
di. quia hoc videre non poteſt qꝛ do
minus proximo dederit plus ſibi
Greḡ. Attendāt inuidi quāte ſint
cecitatis. q̄a alieno ꝓfectu deficiūt
et aliena leticia ꝯtabeſcūt. ⁊ d alie
na melioracione deteriores fiūt. Ex
emplū duo viri venerūt ad quēdaꝫ
regē petētes ſibi ſbueniri vnꝰ eoꝝ
erat inuidꝰ ⁊ alter auarus. ⁊ reſpō
dit rex qꝛ q̄cq̄d vnꝰ peteret hoc ſibi
daret ſimpliciter ⁊ alteri daret du
pliciter. Auarus aūt diſtulit pete
re cupiens ſibi duplicem porcionē
dari. Inuidus aūt inuidit ſibi du
plum dari ⁊ ſic pecijt ſemetipſum
vno oculo p̄uari vt ſic ſociꝰ ſcilicꝫ
auarus ambobꝰ oculis p̄uaret̄ et
ſic factū eſt. vñ vꝰ. Inuidus vt no
ceat i ſua damna meat. Peccatōr
aūt excecatus pctōrū ſordibꝰ mul
tis modis illūmat̄ Aliqñ p corpis
afflictōnem. Greḡ. Oculos q̄s cul
pa claudit pena aperit Iſtud figu
ratū eſt in balaā q non vidit āge
lū. ſed poſtq̄ pcuſſus fuit aſinꝰ ⁊
corpus: ꝓphetā aīa ſigtur. ꝓphe
ta enī ⁊ aīa nō videt angelū ⁊ deuꝫ
nō cognoſcit niſi priꝰ aſinus ⁊ cor
pus pcuciat̄ p infirmitates et tri
bulaciones. Exemplū in rege Na
buchodonoſor qui dum deū ſuum
nō cognoſceret dictū eſt ſibi fenū
vt bos comedes ⁊ ſeptem tempora
mutabuntur ſup te donec ſcias qꝛ
altiſſimꝰ dominetur in regno homi
num. danielis quarto nota hiſto
riam Require poſtea in ſermone.
Non ſimꝰ cōcupiſcentes. vł Nō ſūt
cōdigne. Secundo illuminatur pec
cator p diuinam inſpiracionem.
Iſtud figuratū eſt Actu. ix. in pau
lo quem dominꝰ pcuſſit in via ⁊ fa
ctus ē cecus et miſit ei ꝓphetaꝫ ſuū
ſcꝫ ananiam ⁊ graciam ſuam qui
dixit. Dominus ihēſus xp̄us miſit
me ad te qui apparuit tibi i via vt
videas ⁊ implearis ſpiritu ſancto
et ſic paulus recepit lumē poſt tri
duum. Sic peccator poſt triduum
penitencie recipiet lumen gracie.
ſcilicet poſt contricionem. cōfeſſio
nem et ſatiſſactionem. Augꝰ. Pe
nitencia cecis viſuꝫ reſtituit. vicia
fugat. virtutes exornat. mētē mu
nit ⁊ roborat. Tertio illuminatur
peccator p mortis cōſiderationem
Iſtud quoqꝫ figuratū eſt p hoc qꝛ
dominꝰ cecū illuminauit et ſup ocu
los eiꝰ linuit lutū. ſic peccator de
bet ponere lutū ſup oculos cordis
cōſiderādo ſe d luto factū. vñ Iob.
xxx. Compatus ſum luto et aſſila
tus ſum fauille ⁊ cineri Bern. Stu
de cognoſcere teipſuꝫ quia melior
es cum teipſum cognoſcis q̄ ſi te
neglecto curſum ſideruꝫ cognoſce
res. Gregoriꝰ Quanto q̄s ſeipm
minꝰ videt ⁊c̄. Require in ſermone
Sic decet. Quarto illuminat̄ pctōr
p cōfeſſionis lotōem Iſtud figura

tum eſt in hoc q̄ cū dn̄s illumina
ret cecū dixit ei. vade ad natatoria
ſiloe ⁊ laua. q̄ abijt. lauit ⁊ vidit.
Aque ſiloe vadūt cū ſilencio et ſig
nāt ꝯfeſſionē q̄ debet fieri ſb̄ ſilen
tio. in aq̄s .i. cōfeſſione ſic debet ſe
pctōr lauare et illuminabit̄ in aīa
et lumē grē ⁊ cognicionis recipiet
Exemplū in dyabolo q̄ vidit hoīes
immūdos accedere ad ꝯfeſſionē et
claros ⁊ mūdos redire. Quinto illu
minat̄ pctōr p paſſionis xp̄i recor
dacionē Iſtud figuratū ē p thobi
am q̄ illuminatus erat p fellis vn
ctōez. Fel qd ē amarū ſignat ama
riſſimā xp̄i paſſionē Mat. xxiiij.
Dederūt ei bibere vinū felle mixtū.
Iſto felle deb; homo vngē oculos
cordis ſui Treñ .v. Recordare paup
tatis mee ⁊ tranſgreſſiōis mee ab
ſinthij ⁊ fellis. Certe ſi homo vellz
illam amariſſimā xp̄i paſſionem
videre iueniret vtiq; in ſe q̄ modi
cū eēt qd ꝓ xp̄o pateret̄ Inueniet
etiam q̄ graue ſit pc̄m̄ pro quo
xp̄s tanta voluit pati ⁊ talia ſuſti
nere. Rogemus.

Feria ſexta. f. lxv.

Eamus et nos

⁊ moriamur cū eo .i. cū do
mino nr̄o ihesu xp̄o Io. xi. Verba
ſunt btī thome apl̄i ad cōdiſcipu
los in quib⁹ hortat̄ eos vt cū domi
no moriāt̄. Sciendū aūt q̄ quidā
moriunt̄ in dn̄o. quidā ꝓ dn̄o quī
dā cum dn̄o. quidā a dn̄o In dn̄o
moriuntur omnes boni xp̄iani qui
in fide xp̄iana ſine peccato mortali
decedunt. De talibus dicit̄ Apoc.
xiiij. Beati mortui qui in dn̄o mori
untur. Sed attendendū eſt q̄ nul
lus poteſt mori in domino niſi vixe
rit in domino. ſic em̄ in homine nō
poteſt mori aliqd membrorū niſi
qd vixerit i homine ſic nullus pōt
mori in dn̄o noſtro ihu xp̄o niſi fu
erit membrū ihu xp̄i. Debem⁹ aūt
viuere in xp̄o q̄tuor modis. Primo
ſicut mēbrū in corpe. Scd̄o ſicut ra
mus in vite. Tertio ſicut piſcis in
aqua. Quarto ſicut ſalemander in
igne. Primo debem⁹ viuere in xp̄o
ſicut membrū in corpe p fraternā
compaſſionē. ſicut em̄ cum vnum
membrū patitur: cōpaciunt̄ ōnia
membra ſicut dicit apoſtolus Sic
nos omnes debem⁹ muicē cōpati
vt ſi vnus noſtrū patitur. cōpati
debemus. vnde apoſtolus ad Rō.
xi. Omnes vnū corpus ſumus in
domino. alter aūt alterius mēbra
Secundo ſicut ram⁹ in vite p firmā
adheſionem. quia palmes ſepata
a vite inutilis eſt ⁊ in ignem ꝓicit̄
Joh. xv. ego ſum vitis vos palmi
tes. Sicut palmes nō poteſt facere
fructum niſi māſerit in vite. ſic nec
vos: niſi in me manſeritis Mane
te in me ⁊ ego in vobis Qui manet
in me ⁊ ego in eo hic fert fructum
multū. q̄r ſine me nihil poteſtis fa
cere. nihil meritoriū ſaltē Si quis
in me nō manſerit mittetur foras
ſicut palmes ⁊ areſcet ſupple abſci
ſa. et colligent eū Gloſa. Angeli
in iudicō vel in morte ⁊ in ignē mit
tēt. Tertio ſic piſcis i aquā. piſcis
quocūq; ſe diuertit ſemp h; aquā
preſentē ⁊ ante oculos. Sic etiā ho

mo debet viuere in hoc ſeculo qua
ſi in aqua Quia deꝯ ſemp̄ ē pſens ⁊
videns omnia opa ſua. cogitacio
nes ⁊ deſideria In omni loco oculi
domini ꝯtemplant̄ bonos ⁊ malos
Hebreoꝝ. iiij. Omnia nuda ⁊ aper
ta ſūt oculis eius. Quarto ſic ſale
mander in igne qui nō poteſt viue
re niſi ſit in igne ⁊ quādo exit ignē
ſtatiꝫ moritur. Sic qui vult viuere
in domino ſemp debet eſſe in igne
caritatis. qꝛ qui caritatē nō habet.
licet viuat ī corpe. in aīa tn̄ mortu
us eſt. p̄. Joh. iiij. Deus caritas eſt
et qui manet in caritate in deo ma
net ⁊ deus in eo. Predictis ergo q̄
tuor modis debemꝯ viuere in domi
no. et tunc poſſumus mori in domi
no. et tunc erimus de illis de quibꝫ
dicitur Beati mortui qui ī domino
moriuntur Actuum. xvij. In ipſo
viuimus morimur et ſumus. Qui
dam autēꝫ moriuntur ꝓ domino ſi
ue ꝓpter dominū. quorū tria gene
ra ſunt. Primi ſūt ſancti martires
qui ꝓpter dn̄m ſūt martiriſati. qꝛ
aliq̄ ſūt ſubmerſi. aliq occiſi aliq̄
ſuſpēſi. aliq̄ aſſati. aliq̄ rotati. aliq
excoriati. Scdi ſūt q̄ morte deſiderāt
ꝓpter xp̄m ſuſtinē. q̄ pſecuciones.
tribulacōnes. infirmitates. paup
tates ⁊ hmōi pacient̄ ſuſtinēt ꝓpt̄
xp̄m. d quibꝯ ps̄. Dn̄e ꝓpt̄ te morti
ficamur. tota die eſtimati ſumꝯ ſic
oues occiſionis Oues que ducunt̄
ad occiſionēꝫ non clamant nec re
pugnāt. ſic ſācti paciēter ſine ma
ledictione. ſine repugnacōe aduer
ſa ſuſtinere ꝓpt̄ xp̄m dn̄t ⁊ ſic mori
unt̄ ſpūaliter ꝓ dn̄o Greg. ſine fer

ro ⁊ ſinē flāma martires eſſe poſſu
mꝯ ſi pacienciā in aīo veracit̄ ꝯſer
uamꝯ. Tercij q̄ ꝓ dn̄o moriūt̄ ſūt
qui p abſtinenciā ⁊ macerationēꝫ
carnē ſuā ⁊ carnalia deſideria morti
ficāt. Coloſenſ. tertio. Mortificate
membra veſtra que ſūt ſup terrā.
fornicacionē immūdiciā. libidinē.
ꝯcupiſcenciā malam. et auariciaꝫ
que eſt ydolorūꝫ ſeruitus. ꝓpter q̄
venit ira dei in filios diffidencie. in
quibus ⁊ vos ambulaſtis aliquā
do qn̄ vixiſtis in illis. talis morti
ficacio corpis. eſt vita anime Rō.
viij. Si ſecūdū carnē vixeritis mo
riemini. ſi aūt ſpiritu facta carnis
mortificaueritis: viuetis. Quidam
vo moriunt̄ cū dn̄o quoꝝ duo ſūt
genera. Primi ſunt qui mortē xp̄i
in ꝯtinua memoria habent p cor
dis ꝯpaſſionem. Phil. ij. Hoc ſē
tite in vobis ſup̄. p cordis ꝯpaſſio
nem. qđ ⁊ in xp̄o ihū fuit p crucis
paſſionē Bern̄. Quid eſt homo q
non ꝯpateris paſſioni xp̄i. nō ꝯ
doles eius dolori. nō ploras in eiꝯ
flagellis. non gemis in eius erum
nis. cū omnis creatura eius paſſ
oni ſit ꝯpaſſa. aer obſcuratus eſt
ſol ī tenebras verſus ē. petre ſciſſ
ſunt apta eſt tellus cū apireť la
tus. et dum celeſtis ſol moreretu
in terris. ſol terrenꝯ horreb at in c
lis. qui ergo xp̄o ꝯpatit̄ moritu
cum eo. Secundi qui moriūtur c
domino ſunt illi qui ita deo per ca
tatem ſunt ꝯiuncti qꝛ nulla mor
a deo eos poteſt ſeparare. Rō. viij
Quis nos ſeparabit a caritate xp
tribulacio ꝟ afflictio corporis. a

anguſtia ⁊ tribulacõ mẽtis· an fa
mes· ãn periculũ ⁊ met⁹ mortiſ an
gladius ⁊ mors· q·d· nullo modo
pñt iſta ſepare hoiẽ habẽtem cai
tatẽ a deo. Cant· viij· fortis ẽſt vt
mors dilectio· Glõ· pmo fortior qz
pter amorem dei hõ ↄtẽnit morte z
Aug⁹ Nichil fortius homine habẽ
te caritatẽ amãtem eñi nulla pena
nulla mors poteſt ſepare a deo· ſed
cũ eo pat⁹ eſt mori· vnde ait petr⁹
Luce· xxij· Dñe paratus ſum tecũ in
mortem ⁊ in carcerẽ ire· qđ vtiqz fe
ciſſet ſi fragilitas permiſiſſet· ⁊ ſi
placuiſſet. Quicũqz ergo ſic morit
cũ xp̃o paſſioni ſue cõpaciendo vl
pat⁹ p eo mortẽ ſuſtinendo: ille etĩ
am viuet cum xp̃o Rõ. vi. Si mor
tui ſumus cũ chriſto· credimus qz
ſimul viuemus cum chriſto. Equi
tas enim exigit vt qui cũ xp̃o ſuſti
nuit: cũ xp̃o regnz ij. Thimot· ij·
ſi mortui ſumus cũ xp̃o ↄuiuem⁹
ſi ſuſtinebi⁹ ⁊ cõregnabimus· vñ
Theſſ· iij· talib⁹ mortui eſtis ⁊ vi
ta vrã abſcõdita eſt cũ xp̃o in deo·
Cũ xp̃s apparuerit tũc ⁊ vos appa
rebitis cũ ipſo in gloria Quarto
quidã moriunt a dño Ezech xviij·
Anima q̃ peccauerit ip̃a morietur
videlicz illi q̃ p peccatũ a deo ſepa
rãtur· tales licz viuãt i corpore mor
tui tñ ſũt in anima. Aug⁹· ſicut vi
ta corporis eſt anima· ita vita ani
me eſt de⁹. ſicut ergo morit corp⁹
qñ ab eo ſeparatur anima· Ita ani
ma morit qñ ſeparatur ab ea deus
⁊ hoc fit per peccatũ Iſaie q̃nq̃ge
ſimonono· Iniq̃tates veſtre diuiſe
ſũt int deũ ⁊ vos ⁊ diuiſerũt ⁊ ſepa

rauerunt vos a deo veſtro et tales
moriuntur a domino. ⁊ ſignificati
ſũt p lazarũ qui moriebat abſente
domino· Si enim dñs fuiſſet apud
eum non fuiſſet mortu⁹. Ideo dixit
martha ad ihesũ. Dñe ſi fuiſſes h
⁊ apud frẽm meũ. frat meus nõ
fuiſſz mortu⁹ In quo ſpiritualit in
telligitur· qz ille cũ quo eſt de⁹ non
moritur in anima. ſed a quo ſepa
ratur de⁹ per peccatũ ille moritur
⁊ bene p mortuũ lazarũ ſignificat
pctõr mortuus in anima· ppt duo
Primo racõe fetoris· ſic enim iſte
lazarus fetebat in conſpectu homi
nũ· Ita pctõr fetet in ↄſpectu ange
loruz et dei Iohel· ij· Aſcẽdit fetor
eius ⁊ peccatoris· ⁊ aſcendit putre
do eius qz ſuperbe egit ⁊ cõtra do
minuz ſuperbe peccãdo erexit Et iõ
fetor eius aſcendit ad dominum.
Bernardus· Nunq̃ fetuit vn⁹ ca
nis putridus in conſpectu homi
num ſicut peccator in conſpectu
angelorum et dei· Exemplum in vi
taſpatrum de angelo qui obtura
uit nares in conſpectu peccatoris
Require in ſermone Non ſumus
concupiſcentes. Secundo racione
ſtricte ligacõnis qz ſic lazar⁹ erãt li
gatus manib⁹ ⁊ pedibus inſtitis
ſic peccator ligatus eſt peccatorz
vinculis Prouerb· v· Iniquitates
ſue capient impiuz ⁊ funiculis pec
catorum ſuorum conſtringet. Ita
ligatur peccator vinculis peccato
rum qz per ſe redire non poteſt vel
reſurgere non poteſt: niſi diuina g̃
cia adiuuetur· Oſee· xiij· Perdicio
tua ex te eſt. tãmodo ex me auxi
la

tum tuũ. Dñs autẽ ſẽp patꝰ ẽ nos
adiuuaẽ ⁊ viuificaẽ ſic lazarũ viui
ficauit. ſia morte pcͣi liberai cupi
mus. Dicat ergo q̃libꝫ pctõr qui
mortuꝰ eſt pctõ cũ pſal. Dñe viui
fica me ⁊ ſi pfecto corde credit ⁊ in
deũ ſperauit vitã recipiet Joha. xi
Qui credit in me etiam ſi mortuus
fuerit viuẽt.

Dñica in paſſione ſ. lxvi.

SI ſãguiſ hirco
ruꝫ aut thaurorꝝ ⁊ cinis vi
tulorꝝ aſperſos inquinatos ſancti
ficat ad emũdacõem carniſ. q̃nto
magis ſãguiſ xp̃i. q̃ p. ſſ. ſemetip
ſum obtulit imaculatũ deo viuẽti
emũdabit ↄſciam nrãꝫ ab opibꝰ
mortuiſ id ẽ pctĩs Heb. ix In veteri
teſtamẽto p̃ceptuꝫ fuit ꝙ q̃ tange
bat mortuũ immũdꝰ eãt ſeptẽ die
bꝰ ⁊ a ↄſortio hominũ ⁊ ſeptĩa die
aſpgebat euꝫ ſacerdos ſanguine
hircorꝝ vł thaurorũ ⁊ mũdus tũc
habebat. Xp̃ſ ãt vt mũdaret noſ
a pccĩs noſtris nos aſpſit nõ ſãg
uine hircorꝝ ã thaurorum. ſ; lauit
nos ꝓprio ſãguine. In predcĩs aũt
verbis poſſuꝰ notare vtilitatẽ ſãg
uinis ⁊ paſſioniſ xp̃i. Eſt aũt mul
tiplex vtilitas in ſãguine xp̃i Pri
mo tangit̃ ꝫ ſcꝫ ꝙ lauit nos a pec
catis noſtris. Berñ. Mittit̃ filius
altiſſimi. filiꝰ virginis occidi iube
tur. vt vulnera nrã p̃cioſo ſui ſãg
uinis balſamo mederet̃ Gñs hũa
nũ erat adeo vulneratũ p pctm̃ ⁊
infectũ lepra ꝙ a planta pedis vſq;
ad verticẽ non erat in eo ſanitas.
ſicut dicit yſa. p̃. Et ita vulneratus
eſt criſtꝰ ꝙ a capite vſq; ad pedes
nihil i eo erat ſãitatis ſic dic̃ Ber.
Et effudit ſanguineꝫ ſuũ ex omni
bus membris vt nos a lepra mũda
ret Exemplũ. erat quidã rex q̃ ha
bebat famulũ qui infectus eãt lep̃
⁊ dictũ ſibi erat a medicis ꝙ non
poſſet ſanari ñ balnearet̃ ⁊ laua
retur in ſãguine humano ⁊ cũ nul
lũ amicum haberꝫ qui ꝓ eo ſãgui
nẽ ſuũ fundere vellet. venit dñs ⁊
fecit ſe occidi ⁊ ſuo ſãguine ſeruũ
ſuum ſanauit. quis audiuit vnq̃
taleꝫ caritatẽ Rex iſte xp̃ſ eſt. huꝰ
homo qui infectus erat ⁊ a ↄſortiõ
dei ⁊ ãgelorꝝ eiectꝰ tanq̃ leproſus
a ↄſpectu hoim. et nulluꝫ habuit a
micũ qui eũ ſanare poſſet. ⁊ mitꝰ
filius dei venit in hũc mũdum ⁊ ef
fudit ſanguinẽ ſuũ ſeptẽ vicibꝰ vt
eum a ſeptẽ peccatis mortalibus
mũdaret req̃re in ſmone Sumẽt de
ſanguine Secundo ſanguis criſti
redemit nos de p tãte tenebrarꝫ za
cħ. ix. Tu aũt in ſanguine teſtam̃
ti .i. chriſti filij tui eduxiſti vinctos
de lacu id eſt de lymbo Col. p̃. Eri
puit nos de ptãte tenebrarũ ⁊ trã
ſtulit nos in regnuꝫ filij ſui quod
ſcꝫ regnum filiꝰ ſuuſ ſanguine ſuo
emit Apoc̃. q̃nto. Occiſus es dñe
⁊ redemiſti nos i ſanguine tuo. O
q̃ precioſe redẽptus eſt homo. p̃.
Pe. p̃. nõ corruptibilibꝰ auro ⁊ ar
gento redempti eſtis. ſed precioſo
ſanguine agni incõtaminati ⁊ ima
culati ihu xp̃i. qđ non attendunt
multi qui ꝓ modica delectacõe dia
bolo animas ſuas vendunt. Augꝰ
Attende o hõ ne tibi vileſcas. Ber

Non gutta ſiue vnda ſāguinis p qui
cq ptes corporis largit emanauit
qn te xp̄s redemit. Pro iſtā redēpti
one tenemur ei ad ppetuā ſuitutē
quā requirꝫ a nobis in die iudicij
Crit. Xp̄s exprobrabit in iudicio
require ſmone Videbūt filiū hois
Apoc. xxij. Plangēt ſup ſe plāctū
magnū quaſi vnigeniti qꝛ inno cēs
dn̄s occiſus ē. Tercio ſāguis xp̄i
eſt nobis adiutorium ꝯtra hoſtes
Habe9 enī triplicē hoſtem Prim9
eſt caro que impugnat nos p con
cupiſcētias malas. Gal. v. Caro
ꝯcupiſcit aduerſus ſpiritū ſꝫ ſang
uis criſti mortificat omnes carna
les motus Iſtud figuratū eſt Exo
xvij. vbi dicit Eleuās moyſes vir
gaꝫ percuſſit aquas fluuij ꝛ verſa
eſt in ſanguinē et piſces que erāt
in flumine mortui ſūt. p piſces ſig
nificātur motus carnales. vl̄ ꝯcu
piſcētie que nutriūt in aquis deli
ciarū ꝛ tunc aque in ſanguinē ver
tūtur ꝛ piſces moriūt. quando ad
memoiā dn̄ice paſſionis delicie re
frenant ꝛ motus carnis depmunt
Ber. viſa criſti paſſione quis tam
delicioſus qui ſe nō abſtineat. q̄s
tam luxurioſus qui ſe nō ꝯtineat
Exēplū de quodā qui multum tēp
tabat a ſpū fornicaciōis ꝛ ante cru
cifixū liberat9 eſt Require in ſmōe
Mulier chananea Scd̄s hoſtis eſt
mūd9 qui impugnat bonos p ad
uerſa ꝛ tribulacōes Iob. xvij. In
mūdo preſſurā hēbitis. has debet
homo vincere ſāguine ihū chriſti
Iſtd̄ figuratū eſt Apoc. xix. vbi vi
dit iohēs chriſtū et veſtitus erat

veſte aſpſa ſanguine. p qd̄ ſignifi
catur corpus eius cruentatū ꝛ ſeq̄
batur eum multitudo p qd̄ ſignifi
cātur ſcī qui eius paſſionem in me
moria habētes ipſū ſuſtinēdo ad
uerſa imitant Ber. Vult benign9
dux deuoti militis vultū et oculos
in ſua ſuſtolli vulnerā vt illi9 ex hoc
animū erigat ꝛ exēplo ſuo reddat
ad tolerādū forciorē. Non enīꝫ ſen
tiat ſua dū illius vulnera intuetur
Greg̃ Si paſſio criſti ad memoriā
reuocet nihil adeo durꝫ eſt qd̄ non
equo animo toleratur Ber. nihil
dulci9 in tribulacōe q̄ꝫ paſſionem
criſti meditari Quā enī aſperitatēꝫ
formidabit ſeru9 ſi mēti ei9 occur
rit qꝛ filij dei ſāguie ſit redēptus Si
enim criſti paſſionē ſēp recordare
mur ita qꝛ ſagitta dilectōnis vulne
raremur q̄t ꝓpter eius paſſionem
dulciter pateremur Exemplum in
beato ignacio qui nullis tribulaci
onibus potuit vinci nec penis. et
cū quereret ab eo quō tam fortis
eſſet. Rn̄dit crucē domini mei ihēſu
xp̄i i corde meo habeo q̄ oīa vince
re facit q̄ꝫcūqꝫ poterint mihi infligi
Tercius hoſtis eſt dyabolus qui
impugn̄t per malas ſuggeſtiones
Iſte eꝰ vincit ſanguine ieſu criſti
Iſtud figuratum eſt Apoc. xij. vbi
dr̄ qꝛ iohēs vidit dracone magnūꝫ
habentem ſeptē capita. qui ſignifi
cat dyabolū cum ſeptem vicijs ſcꝫ
mortalibus pctīs et mihael ꝛ āge
li pugnabāt cū dracone et vicerūt
eūꝫ p ſanguinem agni. i. ihū criſti
Ber. vbi firma ꝛ tuta requies eſt ꝛ
niſi i vulneribꝫ ihū xp̄i tāto illic ſo

curioꝛ habito. quãto ille potentioꝛ
eſt ad ſaluandũ. premit corpus ꝑ
voluptates. fremit mũdꝰ ꝑ aduer
ſitates. inſidiatur dyabolus ꝑ ſug
geſtiones. non cado. ꝙ vulnerum
dñi recordabor. Quantũ dyabolꝰ ti
met virtutẽ paſſionis xp̄i ⁊ crucez
ptꝫ ꝑ exẽplũ. Apud tholetũ erãt q̃
dam nigromãticꝰ ad quẽ venit mi
les depaupatꝰ vt eũ ditarꝫ pmit
tens ſibi ſeruicium. qui quadam
nocte duxit eum ad ſiluã vocãs ad
ſe dyabolũ. Qui cũ veniſſet dixit ei
dñe iſte miles vellet vobis ſeruire
ſi velletis eũ ditare. qui dixit hoc fa
ciã ſi michi homagiũ fecerit. Cumq
rñderet miles ſe facturũ. Ait dyabo
lus. ſic loquaris. Abnego patrez
⁊ filiũ ⁊ ſpm̃ ſãctũ. Et ille obſtupu
it ⁊ ſigno crucis ſe muniuit. Quo
facto ſtatim euanuit demon cum
ingẽio et ipſe ꝑ crucem liberatꝰ eſt
Rogemus dominũ.

Dixit ieſus turbis iudeoꝝ
Johannĩ viij. Quis ex vobis
arguet me de pctõ ⁊ arguere põt
vel accuſare ꝙ vnq̃ pctm̃ fecerim
ſi ⁊ ex quo veritatẽ vobis dico. quare
non creditis michi. Qui ex deo ⁊ q̃
deum diligit. verba dei audit ꝓpte
rea vos non auditis ꝙ ex deo non
eſtis. Rñderunt iudei et dixerũt nõ
ne bene dicimꝰ ⁊ verum dicimus.
ꝙ ſamaritanus es tu. ⁊ odis nos
tanq̃ ſamaritanus ⁊ demoniũ ha
bes id eſt obſeſſus es. reſpõdit ie
ſus. ego demonium nõ habeo ſed
glorifico prẽm meũ. quaſi dicerꝫ
nõ curo de veſtra contumelia quia
nõ curo gloriã meam ſꝫ pr̃is mei.
Jhero. Qui non q̃rit gloriã nõ ſẽtit
ꝯtumeliaꝫ. et vos inhonoratis me
ꝑ ꝯtumeliã vrãm. ego autẽ gloriã
meã non quero. quaſi dicerꝫ. licet
mihi cõtra honorez meũ loquami
ni. ego tamen non vindico ſꝫ patri
meo ꝯmitto ꝓpter quẽ ſuſtineo. vñ
ſeq̃t. Eſt qui querit gloriã ſcilicet
pr̃. ⁊ iudicꝫ. ⁊ vindicet ꝯtumeliaꝫ
meã. Amẽ dico vobis ſi quis ſmo
nez meũ ſeruabit ⁊ precepta mea
ope impleuerit mortem non vide
bit in eternũ ⁊ non experietur mor
tẽ etnam. Dixerunt ergo iudei. nũc
cognouiꝰ q̃a demoniũ habes ⁊ nũc
audiuimꝰ quia inſanus es. Abra
ham mortuꝰ eſt ⁊ ꝓphete ⁊ tu dicis.
Si quis ſermonem meũ ſeruabit
mortem nõ guſtabit in etnuꝫ. nũ
quid tu maior es prẽ noſtro abra
hã. ⁊ q̃ mortuꝰ ẽ ⁊ ꝓphete mortui ſũt
quez teipſũ facis. ⁊ fingis. Rñdit
iheſus Si ego glorifico me ipſum
gloria mea michil eſt. quo ad vos
quia vos michil reputatis me. eſt
pr̃ meꝰ qui glorificat me. quaſi di
cerꝫ. vos arguitis me de iactantia
⁊ inſãnia ꝙ me ipſum ꝯmendo ſed
non eſt ita. pater meꝰ honorauit
me in baptiſmo in monte thabor
quẽ vos dicitis ꝙ deꝰ veſter eſt. q̃ſi
dicerꝫ Ille idem quẽ vos ꝓ deo coli
tis eſt pat̃ meꝰ. ⁊ nõ cognouiſtis
eũ ego autẽ noui eũ. quaſi diceret
Jdeo a me diſcẽ poteſtis q̃s ſit ſi vul
tis ⁊ ſi dixero. ꝙ non ſcio eũ ero ſi
milis vobis mẽdax. Ego ſcio euꝫ et
ſmonẽ eiꝰ ſuo. Et quia iudei ẽputa
bãt abrahã maiorẽ eo ideo ſubdit

Abrahã pr̃ veſter exultauit vt vi
deret diem meũ ⁊ cũ gaudio deſide
rauit videre incarnacioẽm meam
vidit ⁊ gauiſus. eſt ⁊ p ſpm̃ ſãctũ
intellexit me venturũ in mũdũ ⁊ de
hoc gauiſus eſt. vidit em̃ i figura
tres angelos vidit ⁊ vnum adora
uit p q̃d intellexit filiũ dei eẽ incar
nandũ. p duos alios legeꝫ et ꝓphe
tas p̃dicãtes eius incarnacõnem
Item qñ arietẽ in arbore pẽdentem
vidit. ipſum crucifixũ intellexit. iu
dei autem non intellexerũt hoc. vñ
ſeq̃tur. dixerũt autẽ iudei ad eum.
Quinquaginta ãnos nõdũ habes
⁊ abrahã vidiſti. dic̃ eis ih̃s Amẽ
dico vobis anteq̃ȝ abraham fieret
ego ſum. nõ dicit ego fui. q2 deitas
preteritũ nõ hȝ nec futurũ ſed ſem
per preſens Iudei autem nõ intellex
erunt. vnde ſequitur. Tulerunt er
go lapides iudei vt iacerent in euȝ
ieſ9 aũt abſcõdit ſe ⁊ exiuit d̃ tẽplo

In dominica paſſionis. f. lxvij.

Tulerunt lapi

des iudei vt iacerent in eũ
ihẽſus autem abſcondit ſe ⁊ exiuit
de templo Johan. viij. In verbis
propoſitis duo notantur. Primũ
eſt iudeorum malignitas ꝯtra crĩ
ſtum. Secundum eſt chriſti erga
iudeos benignitas. Malignitas iu
deorum patet in hoc q2 illum lapi
dare volebant qui eis tanta bona
fecerat. Infirmos eoruȝ curaueãt
cecos illuĩnauerat claudos ambu
laẽ fecerat. leproſos mundauerat
pane ſuo ſaturauerat. viam ſalu
tis predicauerat. ⁊ tamen volebãt
euȝ lapidare. q̃d cõqueritur Joh.
viij. Multa bona opera oſtendi vo
bis ꝓpẽ quod horum vultis me oc
cidere ⁊ lapidare. Per iſtos iude
os ſignificantur mali chriſtiani q̃
bus chriſtus benefitia plurima
contulit animam ⁊ corpus dedit
bona temporalia. naturalia. ſacra
mentalia contulit. ſuo ſanguine re
demit. ꝓ ipſis mortem ſuſtinuit. ⁊
tñ lapidãt euȝ peccatis ſuis. Quot
em̃ pc̃tã faciũt tot lapides contra
eũ mittunt. Ezechiel. xvi. lapidãt
ſpectu eius et ipſe erit ſaluator me
us·Quomodo aūt diſceptabit i iu
dicio cum malis·reqre in die aſcē
ſionis in ſermone Aſcendit de⁹ in
iubilacione et inuenies ⁊c̄·Roge
mus igitur ſpiritumſanctuz·

Itē de ſpūſancto· f·xciiij·

Factus eſt repē

te de celo ſonus tanꝗ̄ ad
uenientis ſpūs vehementis et re
pleuit tōtam domū vbi erant ſedē
tes Actuū·ij·Notandū eſt q̄d mul
tiplici ſpecie ſpūſſanct⁹ eſt miſſus
Primo in ſpecie vēti vt in pſiti euā
gelio vbi dicit̄ ꝙ ſpūſſanct⁹ venit
in ſimilitudine vēti vehemētis Hoc
aūt factū eſt ad innuenduz ꝙ ſpūſ
ſanct⁹ agiles facit ad opandū q̄s
replet·glō·Neſcit eniz tarda moli
mina ſpūſſancti gracia·Vnde cer
tum ſignū ē ꝙ quicūq̄ agilis ē ad
bene opandū ⁊ ad dei ſeruiciū ꝙ
habz ſpm̄ſanctū·Rō·viij·quicūq̄
ſpiritu dei agunt̄ hij filij dei ſūt Sz
quidā hn̄t ſpm̄ſanctuz ⁊ expellūt
euz a ſe p immūdas et inutiles co
gitaciones ⁊ operaciones Sap·p̄·
ſpūſſanct⁹ aufert ſe a cogitacōib⁹
que ſūt ſine intellectu et expellit̄ a
ſupueniēte iniq̄tate·⁊ tales meren
tur eternā mortē Heb·x·Irritā q̄s
faciēs legē moyſi morie̅t·quanto
putatis magis deteriora ꝓmereri
ſupplicia q̄ filiū dei cōculcauerunt
et ſpiritui gracie ꝯtumeliā fecerūt·
Exemplū in iuda q̄ ſpm̄ſanctuz ac
cepat ⁊ peccādo euz expulit ⁊ ideo
eterna morte interijt·Scd̄o fuit da
tus in ignē ad innuendū ꝙ corda
eoꝝ quos replet ad caritatem ac
cendit Lu·xij·Ignem veni mittere
in terram et quid volo niſi ꝙ arde
at·Bern̄·In igne apparuit ſpirit⁹
ſanctus·q̄ ab omni corde quod re
plet torporem frigoris excutit·⁊
deſiderium hominis accendit:et aſ
cēdere facit·Vnde certiſſimū ſignū
eſt ꝙ qui habet caritatē habet ſpi
ritum ſanctum·Item ignis redigit
in cinerem ea que in eo imponunt
tur Sic ſpirituſſanct⁹ quos replet
humiles facit ⁊ viles reputacōne
ſui·Vnde abraham dixit ad domi
num Gen̄·xviij·Loquar ad domi
num meuz cū ſim cinis ⁊ puluis·
vnd̄ quicūq̄ vult ſpiritūſanctum
accipe debet eſſe humilis ⁊ nō ſup
bus·Nam dicitur·p̄·Pet·v·⁊ Ja
co·iiij·Supbis reſiſtit deus humi
libus aūt dat grām·Sicut enī aq̄

deſerunt mõtes ⁊ fluũt ad valles.
ſic gracia ſpũſſancti deſerit ſuꝑbos
et fluit ad corda humiliũ. Aug9.
Quanto humilius ſedebat maria
magdalena ad pedes dñi tãto am
pliu s flebat. Confluit enĩ aqua
ab humilitatẽ de ſupcilio montis
Ecci. iij. Quanto maior es humilia
te in omnib9 ⁊ coram deo inuenies
graciam. Exemplũ in maria matre
dei. quia humilis erat. ideo ãgel9
ei dicebat. Spiritusſanctus ſupue
niet in te ⁊c. Bern. Bene de humili
tate male audo dicere. nec virgini
tas deo placuiſſet. ſi humilis nõ
fuiſſet. nec filium dei concepiſſet.
Item ignis ſemp tendit ſurſum. ſic
qui habet ſpiritumſanctum ſem
per tendit ad celeſtia Omnia enim
terrena ſcđm apoſtolum reputant
vt ſtercora quia conuerſacio eo
rum in celis eſt licet corporaliter
ſint in terra Cupiunt enĩ diſſolui
et eſſe cum xp̃o. vnde apoſtolus ad
Rõ. vij. Infelix ego homo quis me
liberabit de corpore huius mortis
⁊c. Vnde verũ ſignum eſt ꝙ habet
ſpiritumſanctũ qui non curat iſtã
terrena nec timet exponere vitam
ſuam ꝓpter deum. Tercio apparuit
in ſpecie lingue ad innuendum ꝙ
quos ſpiritusſanct9 replet. affabi
les ad ꝓximos reddit ⁊ de diuinis
loqui facit Gloſa. Sicut olim ſig
num erat vt omniũ linguis loque
rentur qui ſpm̃ſanctũ habebant.
ſic nunc ſignũ eſt ꝙ q̃ ſpm̃ſanctũ
habent pacẽ cum ꝓximo loquunt
et tenẽt ſimul. ꝙ q̃ dei ſũt loquun
tur ⁊ tractãt. ꝙ ſpũſſanct9 venit in

linguis igneis vt linguis oĩm gẽ
cium verba ignea loquerent et le
gẽ igneã linguis igneis p̃dicarẽt
Qui ergo habuerit linguã detra
hentẽ ⁊ mendacẽ ⁊ ꝯ deo nõ loqui
tur nõ habet ſpm̃ſanctum. De iſta
materia require ſermone Sit aũt
omnis homo velox ad audiẽdum.
Quarto datus eſt ſpũſſanctus in
ſpecie flatus Joh. xx. Inſufflauit ⁊
dixit eis. accipite ſpm̃ſanctũ. Vo
luit ꝑ flatũ ſignificari ſiue ꝑ ſpm̃
qui attrahitur ad cor vt oſtendere
tur eius neceſſitas. ſicut enĩ corp9
non poteſt viuere ſine vllo ſpũ. ſic
anima non poteſt viuere ſine ſpiri
tuſancto. ps. Auferes ſpm̃ eorum et
deficient ⁊c. ⁊ ſequit Emitte ſpm̃
tuum ⁊ creabuntur. Joh. vi. Spiri
tus eſt qui viuificat ⁊ quia ſic eſt
neceſſarius. debem9 cum omni dili
gencia precauere ne ſpũs impedi
atur a corde noſtro Prouerb. iiij.
Omni cuſtodia ſerua cor tuũ q̃nia
ab ipſo mors ⁊ vita ꝓcedũt Frequẽ
ter debem9 apire os ꝑ cordis deſide
rium ⁊ orãdo attrahere ſpm̃ſanctũ
ad refrigerandũ ab ardore vicioꝝ.
vñ ps. Os meum aperui ⁊ attraxi
ſpm̃. Quinto apparuit in ſpecie co
lumbe ſup ipſum baptiſatum Luc.
iij. Ad innuendũ ꝙ q̃ volunt acci
pe ſpiritumſanctũ dñt eſſe in vita
ſua vt columba. columba ẽ ſine felle.
ſic tales dñt eſſe ſine felle ire. odij.
et inuidie. que dicuntur fel ꝓpt ama
ritudinem ꝙ ſunt amara vt fel. Et
ideo dixit petrus ſymoni mago q̃
volebat emẽ ſpiritũſanctũ in felle
amaritudinis video te eẽ ⁊c. Actu.

viij. Ipſe enī erat plen⁹ felle inui
die qz ipē inuidebat apoſtol' qꝫ ta
lia ſigna faciebāt p ſpm̄ſanctū et
volebat ab eis emē talem ſpm̄ mi
racula faciēdi. qz enī habebat fel i
uidie. ideo nō recepit ab eis. Sic ꝛ
nos ſi volum⁹ ſpm̄ſanctū accipere
debem⁹ cordis amaritudīnes depo
nere Eph. iiij. Oīs amaritudo ira
et idignacō clamor ꝛ blaſphēmia
tollat a voƀ cū ōni malicia Eſtote
aūt inuicē benigni ꝛ miſericordes
donātes iuicē ſic et de⁹ in xpō dona
uit voƀ et tūc poteritis ſp accipere
ſpiritūſanctū Itē colūba gemituz
ꝓ cātu habet. ſic nos ꝓ peccatis no
ſtris gemere debem⁹ yſaie. lix. Ru
giem⁹ q̄ſi vrſi ōnes ꝛ quaſi colūbe
meditātes gemem⁹ Ysido. Geme
re ꝛ flere debem⁹ rīmiſcētes q̄ꝫ gra
uia ſunt q̄ cōmiſim⁹. q̄ꝫ delcābilia
celi gaudia q̄ amiſim⁹. q̄ꝫ horribi
lia iferni tormēta q̄ meruim⁹ Criſ.
Cogitare debemus q̄ꝫta ſit felicitas
ſemp eſſe cū dō. q̄ꝫta miſeria viue
re in hoc ſeculo. q̄ꝫta calamitas ſp
cruciari in inferno. Inde generātur
luctus qui merer̄ ſpūſſancti ꝯſola
cionē. Mathei. v. Beati q̇ lugent
quoniā ipi ꝯſolabuntur Itē colū
ba ſolet libenter nidificare in fora
minib⁹ petre. Per petraz ſignifica
tur xp̄s. foramina petre ſūt vulne
ra xp̄i q̄ in cruce ſuſtinuīt in quibꝫ
aīa ſancta habitare debet p iugez
memoriā paſſionis xp̄i. vnd' dicit
ſpōſa aīe Cāt. ij. Veni ſpōſa mea
colūba mea in foraminib⁹ petre.
quaſi diceret. pone cor tuuz ꝛ cogi
tacōnes tuas in vulnerib⁹ meis co
gitando quāta ꝓ te ſiz ꝑpeſſus Ori
genes. O aīa mea ſi q̇ete deſideras.
ſi ſecuritatem affectas. aſſume pē
nas ſicut columba ꝛ volans nidifi
ca in vulneribus xp̄i. Nuſq̄ꝫ quies
gracior nuſq̄ꝫ ſecuritas tucior. quia
ibi diſces que predices ſupbis. qz
xp̄s non habuit ſup quod vel vbi
caput ſuum reclinaret. Quid iracū
dis qz tanq̄ꝫ ouis ad occiſionez du
ctus eſt et ſicut agnus coram ton
dente ſe obmutuit dum male tra
ctaretur ꝛ nō aperuit os ſuū Quid
inuidis q̄a pro crucifixoribus ſuis
patrem exorauit dicēs Pater igno
ſce illis q̄a neſciūt ꝛc. Quid accidi
oſis q̄a accelerauit ad mortez. Vn
de ait ad iudam Quod facis fac ci
cius. Quid auaris quia nudus pē
debat in cruce. Quid guloſis quia
potatus eſt felle ꝛ aceto. Quia igi
tur omnia mēbr̄ domini affluunt
miſericordia. nec deſunt foramina
per que fluit ipa. quia foderūt ma
nus meas ꝛ pedes mos ꝛ lat⁹ me
uz. Ad que membra et foramina
recurſum habeas eius paſſionez
meditando et graciam inuenies.
Rogemus.

De eodem. ſ. xcv.

SI quis diligit

me ſermonem meum ſer
uabit et pater meus diliget euz ꝛ
ad eum veniemus et manſionem
apud eum faciemus Johan. xiiij.
In verbis ꝓpoſitis dominus duo fa
cit. Primo hortatur nos ad ſuam
caritatē. Scdō ponit caritatis vtili

tatem·primuȝ tangit ibi Si quis
diligit me. ſcd'm ibi· Et pat meus
diliget eũ· Nondũ ꝙ dñs ſpecialit
ad q̄tuor genera hominũ venit ſed
nõ manet niſi in vno genere homi
nũ· Nã aliq̃ ſunt ad quos venit do
min⁹ ⁊ pulſat vt intromittat ⁊ vt
ibi maneat· ⁊ illi nõ audiunt vocẽ
eius nec rñdent ei nec intromittũt
et cũ illis nõ manet dñs Alij ſunt
qui vocẽ eiꝰ audiũt ⁊ rñdent non
tñ intromittũt nec cuȝ illis manet
domin⁹ Tercij ſunt q̃ audiũt vocẽ
dñi et intromittũt· ſ; poſt paululũ
reiciunt nec ibi manet dñs· Quar
ti vocẽȝ domini audiunt ⁊ intromit
tunt eum ⁊ bene tractãt ⁊ volunta
tem eius faciunt ⁊ cũ talibus ma
net domin⁹· Primi q̃ nec vocẽ eiꝰ
audire volũt· nec rñdere · nec intro
mittere volũt· ſũt pctõres deſperati
qui ita indurati ſũt ꝙ p nullũ mo
dum cõuerti poſſunt ad deũ de pec
catis ·ad quoꝝ hoſpiciũ venit dñs
et pulſat multis modis Aliquan
do p predicatorẽs· aliqñ p tribula
tiones· aliquãdo p infirmitates · p
paupertates· aliqñ p inſpiratões ⁊
remorſum cõſciencie Per p̄dicato
res pulſat dñs· qñ p̄dicator nun
ciat eis penã eterne damnatiõis ſi
nõ fuerint ꝯuerſi· pmittit eis gau
dia eterna diuine viſionis· ꝓponit
eis incertitudinem ſue mortis · Ip
ſi autem ſunt ita indurati ꝙ nõ ti
ment penas eternas ·nec curant p
miſſa eterne vite nec ppendunt de
mortis incertitudine· De iſtis dici
tur Job·xli· Indurabit cor eius ſi
cut lapis ⁊ ſtringet q̃ſi malleatoris
incus· Cõpat aũt eos lapidi· et ve
re lapidi ſunt ſimiles q2 quicq̃d ſe
minat ſup lapidẽ nõ facit fructuȝ·
Sic etiã verbuȝ dei qd predicatur
ipſis nõ facit fructum in cordib⁹
coꝝ· vñ· Luc· viij· Semẽ eſt verbũ
dei· qd aũt cecidit ſup petrã natuȝ
aruit· q2 nõ habebat humorẽ· Iteȝ
lapis grauis eſt ⁊ ſemp tendit de
orſum et non ſurſum ad celeſtia ſ;
ſemp ad infima donec ad vltimuȝ
dimergatur in infernum · vnde di
citur Exodi·xv· Deſcenderunt in p
fũdum quaſi lapis Compant eti
am incudi· q2 incus quãto magis
cuditur ⁊ pcutit· tanto magis idu
ratur· ſic tales q̃to magis arguũ
tur p p̄dicatores tanto deteriores
ſũt Iſti ſimiles ſũt pharaoni quẽ
quanto magis domin⁹ flagellauit
tanto magis indurabatur· vñ do
minus ipm tandem in mari rubro
ſubmerſit cum omnib⁹ ſuis· ſic ta
les indurati tandẽ mergentur in p
fundũ inferni· Scd'o venit domin⁹
ad quoſdã ⁊ pulſat· Illi audiunt
vocem eius et reſpondẽt nec tamẽ
intromittũt· Hij ſunt q̃ peccatorẽs
ſe recognoſcũt nec peccata dſerere
volũt· voluntatẽ cõuertẽdi cupiũt·
ſed illam ad effectuȝ nõ pducũt· ſ;
ſemp de die in diẽ d anno in annũ
ꝓtrahunt· ecclãs frequẽtant ·ele
moſinas dant orant et ieiunant .
vſuram ⁊ iniuſta bona amodo re
cipe nolũt· ſ; que habent rẽſtituere
nõ volũt· Iſti volũt duob⁹ dñis ſer
uire. ſ. deo ⁊ dyabolo· cuȝ tamen do
min⁹ dicit Mat· vi· Nemo põt duo
bus dominis ſeruire Iſti ſũt ſimiles

ſamaritanis q̄ adorabāt deū iſrł
et cum hoc etiā coluerūt deos ſuos.
ſic iſti volūt ſeruire deo ⁊ mãmone
⁊ bonis iniuſtis que tenēt ⁊ redde
re nolūt. cum tamen dominꝰ dicat
Non poteſtis deo ſeruire ⁊ mãmo
ne Math. vi. Hij ſunt qui vocē dei
audiunt nec tamē intromittūt ꝗꝛ
peccatores ſe recognoſcūt ⁊ ꝓpoſi
tū hñt ſe ꝯuertendi ſꝫ nō ad effe
ctum ꝑducūt ⁊ cum tali bꝰ nō ma
net dominꝰ. Tercio venit dominus
ad quoſdam ⁊ pulſat. illi vocē eiꝰ
audiunt reſpondēt ⁊ intromittunt
et nō longe poſt male tractant et
viliter eiciunt. Hij ſūt qui in qua
drageſima peccata ſua confitentur
vel in infirmitate ⁊ corpus chriſti
accipiunt ⁊ ſtatim poſt paſcha vł
qñ de infirmitate ꝯualuerunt. ite
rum peccāt ⁊ dominū de domo ſua
reijciunt Iſti ſunt ſimiles iudeis q̄
dominum cū magno honore tan
q̄ꝫ regē ſuſceperūt. ⁊ poſtea in pa
ſceue cū magna ignominia tanq̄ꝫ
latronē ⁊ furem eiecerūt et occide
rūt. Sic faciūt illi q̄ recidiuant: do
minum crucifigūt. ſicut dicit apo
ſtolus ad Heb. vi. Rurſum crucifi
gentes filiū dei. ꝗꝛ quociens pecca
tor pc̄m̄ reiterat vł recidiuat pro
quo xp̄s paſſus ē. toties paſſionē
ſuā q̄ñtū in ſe ē renouat Tales q̄
intendūt dñm reicere melius fac
rent vt nō reciperent eū. quia tur
pius eicitur q̄ꝫ nō ſuſcipit hoſpes
Quarto venit dominus ad quoſdā
et pulſat Illi audiunt vocē eius
et intromittunt et totis viribꝰ ſtu
dēt quomō domū ſuā preparent.

vt dominꝰ nihil in ea inueniat qd
oculis ſuis diſplicere poſſit ⁊ cum
talibus manet dñs Hij ſunt q̄ ex
toto corde deum diligūt ⁊ eiuſ mã
data cuſtodiunt Iſti figurati ſunt
ꝑ laſarū ⁊ ſorores eius ad quos
ſepe venit dominus ⁊ cum eis liben
ter manebat. Quia eū diligebant
et mãdata eius cuſtodiebāt Per
laſarum intelligitur q̄libet fidelis
qui habet duas ſorores. id eſt cor
pus ⁊ animam Per mariā ſignifi
catur anima. Per marthā corpꝰ.
marie officiū fuit cōtemplari. q̄a
ſedebat ſecus pedeſ domini audiēs
verba dñi ⁊ tractans illa in corde
ſuo ꝯtemplando celeſtia. Martha
autē rexit familiā ⁊ miniſtrabat
neceſſaria mēſe. cibaria prepabat
et hoſpites recipiebat. ⁊ circa hu
iuſmodi exteriora officia ſollicita
erat. Quicūq̄ ergo vult dñm ſuſti
nere ī hoſpicio cordis ſui. debet ſtu
dere ꝗꝛ iſte due ſorores. ſ. corpuſ ⁊
aīa exerceāt hmōi officia. Maria
.i. anima debet vacarē ꝯtēplacōni.
celeſtia etna. ⁊ diuina cogitare. ſa
crā ſcripturā legere. verbū dei au
dire. deū ſup omnia diligere ⁊ ꝓxi
mū ſuū ſicˉ ſeipm. mandata dei ſer
uare ſenſus ſuos ⁊ vireſ aīe cuſto
dire. Debet eñ cuſtodire deſideriū
aīe ſue: ne deſideret que mala ſunt.
Debꝫ cuſtodire memoriā ne cogi
tet que contra deū ſūt. Debet cuſto
dire amorem ſuū ne amet quē il
licita ſunt. debet ꝯdolere ꝓximis in
aduerſis ⁊ cōgaudere in ꝓſperis ⁊
ſimilia. Martha aūt .i. corpus dēt
exterioribus operibus occupari

vigilare·ieiunare·carnē ſuā ꝺ iſci
plinare·ecclīas frequentare·genu
flexiōes facere·deuote orare ꝑ pecca
tis flere·opa miſeicordie i ꝑrimis
exercere·eſurientes cibare·ſicientes
potare·nudos veſtire hoſpites reci
pe·infirmos viſitare captiuos redi
mere ꝛ ꝯſolari·mortuos ſepelire ꝛ
ſi militia.ſ.indoctos docere·errātes
dirigere·delinquētes corripere me
ſtos ꝯſolari·indigentibꝰ ꝯſilio cō
ſilium dare·egentibꝰ gratis dare·
cum talibus libenter manet domi
nus De talibꝰ dicit dn̄s Jo·xiiij.
Si qs diligit me ſermonē meū ſer
uabit ꝛc̄·Jſta quatuor genera ho
nū figurāta ſūt·iij·Re·xix·vbi dici
tur q̄ cū helyas ꝓpheta eſſet in mō
te oreb ꝛ in ſpelūca lateret venit ad
eum vox dicēs Egredere ꝛ tranſibit
corā te dn̄s q̄ ſurgēs ſtetit i hoſtio
ſpelunce Et p̄miſit dn̄s q̄tuor mira
bilia ſigna prius an̄q̄ ipē veniret·
Primo venit vētus grādis ꝛ fortis
ſbuertēs mōtes ꝛ ꝯterens petras·
ſ; nō venit cū illo dn̄s Scd̄o venit cō
mocio tre ꝟ magnꝰ tre motꝰ factꝰ
eſt ꝛ horribilis ſ; nō venit cū illo do
minꝰ Tercō venit ignis magnꝰ et
nō venit cū illo dn̄s Quarto venit ſi
bulus aurē tenuis ꝛ cū illo venit do
minꝰ Per illa quatuor ſigna ſigni
ficāt quatuor genera hominū ſupi
us poſita·Per ventū grandē q̄ ſub
uertit montes ꝛ cōterens petras·
ſignificat deſperacio que ſbuertit
hominē et repellit ab eo omnē gra
ciam et exiccat fontem pietatis di
uine·q2 vbi deſperacō ē in corde ibi
fons diuine grē ꝛ miſericordie nō
pōt influere ꝛ p nullū pctm̄ offen
dit ita deꝰ ſic̄ p deſperationē qd̄ eſt
pctm̄ in ſpm̄ ſanctu; qd̄ nec remit
titur hic nec in futuro·ſicut dicit
Mat·xij·ꝛ cū talibꝰ nō manet do
minꝰ·Per cōmocionē terre ſignifi
cantur illi q̄ cōcipiunt bonū ꝓpoſi
tum ſ; nō ꝑducunt ad effectū Ter
ra licet moueat aliqualiter nō tn̄
cadit totaliter Sic iſti mouent ad
bonū faciendū ꝟ cōcipiunt volūta
tem ſe velle emendare ſ; iſta; volū
tatem non ꝑducunt·ad effectu; ꝛ
cum talibus non manet dominus
Per ignem ſignificat inflamans
delectacio quā ꝯcipit homo qn̄ re
colit pctā p̄terita cōplacencia·ex
hoc accendit ignis male ꝯcupiſcen
cie q̄ facit ea; recidiuare poſt q̄ cō
uerſus ē ꝛ eicit dn̄m de hoſpicio et
cū talibꝰ n̄ manet dn̄s·Ad vltimū
venit ſibulus aure tenuis ꝛ cū illo
dn̄s venit·p quē ſignificat deuotū
deſideriū anime diligentis deū·q̄ di
ligit deū ex totis viribꝰ ſuis ꝛ deſide
rat eu; Jn tali deſiderāti ꝛ diligēti
anima manet dn̄s Prouerb·viij·
Ego diligentes me diligo ꝛ q̄ ma
ne vigilauerit ad me inueniet me
De talibꝰ dic̄ dn̄s in vbo ꝓpoſito Si
quis diligit me ſermonem meum
ſeruabit·Rogemꝰ·

De eodem. S·xcvi·

Q
Ū bonꝰ ꝛ ſua
uis ē dn̄e ſpūs tuꝰ in nob
Sap·xij·Nō duplex eſt ſpūs ſcili
cet bonus ꝛ malus·Spiritus bonꝰ

eſt deꝰ . malꝰ eſt diabolꝰ ſpūs ma
lus impugnat hominē ꝑ ſeptē pec
cata mortalia . cōtra illa ꝯfert bonꝰ
ſpūs ſeptem dona contra qͦdlibet
pctm̄ ſpeciale donum ad repugnā
dum . Primū pctm̄ mortale eſt ſu
ꝑbia . Augꝰ . Supbia eſt amor ꝓp
rie excellencie . vel ſic . Supbia eſt
quedaꝫ p̄ſumpcio cuꝫ qua p̄ſumit
vel audet homo abſqꝫ timore dei fa
cere ea que ſcit eſſe cōtra deū crea
torem ſuum videlicet . peccare . ⁊ ideo
dicitur ſupbia iniciū omnis peccati
Iſidorꝰ Supbia eſt origo omniū
criminū . quia omne crimen vel pecca
tum oritur ⁊ iniciū habet ex hoc ꝙ
homo p̄ſumit ⁊ audet facere q̄ ſūt
ꝯtra deum Iſtud eſt pctm̄ dyabo
li ꝓpe qͦd eiectꝰ fuit de celo eo ꝙ p̄
ſumpſit ſe opponē deo ſuo ⁊ quia ip
ſe ī illo cecidit . ergo ipſe in illo ma
gis hoīes temptat . ſed qn̄ hō preſu
mit ⁊ audet facere ea q̄ ſunt ꝯtra de
um tunc ꝓnus eſt ad omne maliū
faciēdū . Cōtra hoc maliū .ſ. ſupbiā
dat ſpūs bonꝰ donum ſuū videlicet
timorē Huꝰ domi virtꝰ eſt ꝙ fac̄ ho
minē ita timoratū ⁊ tm̄ timere deū
ꝙ ꝓ toto mūdo ⁊ ꝓ vita ſua n̄ vellet
aliq̄d facere qͦd ſciret eſſe ꝯtra deū
⁊ oīa opa ſua facit cū timore ⁊ oīa
verba ſua loquitur cū timore Job .
xi . verebar oīa opa mea . Si ergo
habes illaꝫ grām ꝙ omnia verba
tua ꝓferas cū timore . ſēper timens
ꝙ deo poſſit diſplicere ⁊ ꝓximo tuo
nocere . ſignū eſt ꝙ habes p̄mū do
nū ſpūſſancti ſcꝫ timoreꝫ Item ſi fa
cis oīa opa tua quantūcūqꝫ bona
ſunt ſemꝑ cū timore timens ꝙ deo

non ſint accepta . ꝙ non ſint a deo
ꝑ ſcā ſic deberent . nec cū tanta dili
gentia facta ſicut expediret . nec cuꝫ
tanta caritate facta ſicut deꝰ bene ē
dignꝰ . ſignū ē hꝰ domi ſcꝫ timoris .
Item ſi tm̄ times offendere deū tuū
ꝙ nolles omnes diuicias accipere
ſꝫ potiꝰ velles omnē penā ſuſtinere
q̄ꝙ ꝯtra deū tuuꝫ ex ꝓpoſito ⁊ indu
ſtria peccare . certū ē ꝙ habes hoc
donū ſpūſſancti ſcꝫ timorem Iſtd
donū eſt homini maxime ncāriuꝫ
quia dicitur Eccī . p̄mo qui ſine tio
re dei eſt ꝓnus eſt ad omne maliū
faciendum Item Inicium ſapien
cie timor domini Item timor domi
ni expellit peccatū . Item qui ſine ti
more dei eſt nō poterit iuſtificari
⁊ ſaluꝰ fieri Scdm̄ pctm̄ mortale ē
inuidia Auguſtinus . Inuidia eſt
dolor aliene felicitatis Multa ma
la facit homini inuidia . Indurat
cor ꝙ non poteſt compati afflictiō
nibus proximorum Claudit ocu
los ꝙ non poteſt videre felicitateꝫ
aliorum Obturat aures ꝙ non po
teſt audire loqui de alio bonum .
Claudit manuꝫ ꝙ non poteſt da
re indigētibꝰ elemoſinam . Reſtrin
git pedes ꝙ n̄ poteſt ire ad ꝓximo
rū vtilitatē . Claudit os ꝙ non p̄t lo
qui de alio bonum . hec oīa facit in
uidia . Contra hoc peccatum datur
ſcdm donū ſpiritusſancti .ſ. pietas
Pietas ſcdm Greg̃ . ideꝫ eſt qͦd mi
ſericordia . Virtꝰ huius domi eſt
ꝙ facit hominem miſericordem ⁊
ꝯpaſſiuuꝫ in ncītatibꝰ ꝓximorum
vn̄ Miſericordia ē triſticia ī alieīs
m al Augꝰ . Quid eſt miſericordia

niſi aliene miſerie in corde quedã
cõpaſſio. Si ergo habes talez gra
ciã ꝙ qñ vides ꝓximũ tuũ afflictuz
vel tribulatũ ꝙ cor tuũ eſt paratum
ad gemendum ⁊ cõpaciendũ. ocu
li parati ſunt ad flendum manus ad
largiendum. os tuum paratũ ad con
ſulendum ⁊ cõſilium dandũ vel do
cendum. pedes parati ad viſitãdũ
aures pate ad audiendũ vocez ei9.
oculi apti ad videndum dolorez ei9
brachia tua parata ad ſubleuandũ
vel portandũ infirmum. certuz eſt
ꝙ habes donum ſpũſſancti ſcz pie
tatem. q͛ iſta oĩa nullus põt habe
re ſine ſpeciali grã ſpũſſcĩ. Si autez
quando vides ꝓximum tuuz tribu
latum cor tuum eſt adeo dũruz ꝙ
non poteſt cõgemere ⁊ compati et
oculi non poſſunt flere. ⁊ ſic de ſin
gulis ⁊ linguã tua neſcit ꝓximum
tuũ poſt terguz ſuum excuſare ſed
potius quod audiſti alijs reuelarẽ
⁊ aliquando nõ minuere ſ; magis
augmẽtare Si olfactus tuus non
põt paupem ſuſtinere. ſ; auertis
te ab eo quaſi videatur tibi fetere.
oculi tui non poſſunt plagas eius
videre ⁊ ñ poſſunt man9 infirmuz
tangere. ⁊ brachia nõ poſſunt eũ
leuare vel portarẽ. ſic legitur de btã
elizabeth Si oĩa iſta non potes fa
cere. ſignũ eſt ꝙ non habes ſecun
dũ donuz ſpũſſancti ſcz pietatez Et
ſi ſine hoc dono ſcz miſericordia
mortuus fueris nequaꝗ̃ ſaluus
eris. q͛ miſericordibus dicet Veni
te benedicti pris mei ⁊c̃. Tercium
mortale pctm̃ eſt ira. Ira oculum
mentis exceca t Ira eſt deſiderium
vindicte Multa mala facit ira homi
excecat oculum mentis. aufert ho
mini ſenſus ⁊ racõem. facit eũ inſa
nũ ſicut dicit Aug9. Linguaz ꝓuo
cat ad contendẽduz ad maledicen
dum os exaſperat ad improperan
dũ ⁊ blaſphemãdum. man9 ꝓuocat
ad percutiẽduz ⁊ iactanduz nec pri
nec matri parcit nec deo ſuo nec pro
prie ſaluti ⁊ honori Auguſti. Ho
mo iracundus ad omne malũ ẽ ꝓ
n9 ⁊ inclinatus. hec oĩa mala facit
iracundia. Cõtra hui9 pcti malum
datur tercium donum ſpũſſancti
ſcz ſciã Virtus hui9 doni eſt ꝙ do
cet hoĩem recte cõuerſari ĩ medio
nacõis praue ⁊ puerſe Aug9. Sciẽ
cia eſt diuinarum ⁊ humanarum
rerũ agnicõ Ex his colligitur ꝙ do
nũ ſcie ſtat in hoc ꝙ homo ſciat in
hoc ſclo qualiter cũ hoib9 debeat ꝯ
uerſari ꝙ vita ſua deo placeat ⁊ ta
men cũ hoc hoĩbus irreprehẽſibi
lem exhibere. Ita ꝙ oĩs qui videt
eũ vel audiũt de eius cõuerſacione
emendentur. Vnde dñs in euãge
lio Mat. v. Sic luceat lux veſtra ⁊c̃
⁊ apl's ait Rõ. xij. Prouidentes bõ
nõ tm̃ coram deo ſed etiaz homini
bus omnib9 Nõ ſatis eſt ĩ hoc ꝙ
tm̃ deo ſeruiat ſed etiaz alijs bonũ
exemplũ ⁊ bonam ꝯuerſacõez oñ
dat Sed quidaz ſunt q tñ hñt illã
grãz ꝙ bene ſciunt ꝯuerſari in mũ
do cũ hoib9 ⁊ tñ cũ hoc hñt illd ĩ
fortuniũ ꝙ neſciũt ſe cuſtodirẽ ⁊ ca
uerẽ ñ coĩquinent pctĩs ⁊c̃. Vita eo
rum deo diſplicet licet tamen cuz
hoib9 gracioſe conuerſentur. Sunt
alij q ſanctam ⁊ bonaz vitã ducũt

⁊ deō placent ⁊ habent illud ifor
tunium ꝙ non ſunt affabiles vel
tractabiles ⁊ ita indignati ita tedi
oſi in fc̄is ſuis ⁊ ita diſtorti in mo
ribus ⁊ ita inepti in omnibus . ꝙ
nullus pōt cū eis ꝯuerſari bene . ꝙ
nullus de eorū ꝯuerſacione edifi
catur . ꝙ oms̄ qui eos audiūt vł vi
dent vel cū eis ꝯuerſantur habēt
tediū de eis . ⁊ tn̄ ſunt boni ⁊ ſancti
corā deo Sunt etiam aliqui qui bo
nam ⁊ ſanctā vitam ducūt et cum
hoc habent illud fortuniū ꝙ hoies
eos diligunt ⁊ cū eis libēter ꝯuerſā
tur et eos libenter vident . libent̄ au
diunt ⁊ quicq̄d loquūtur docēt vł
p̄dicāt vł faciunt . hominibꝰ ⁊ ccep
tū eſt . ⁊ placet . et omnes de ꝯuer
ſacōne eorū emēdantur Iſtud pro
uenit ex dono iſto tercio ſcʒ ſciētia
Iſtd ergo donū ſcīe qd docet bene
ꝯuerſari eſt neceſſariū ꝯtra iraʒ q̄
fac̄ hominē male ꝯuerſari . Quartū
mortale pctm̄ eſt acidia q̄ facit ho
mini multa mala . Acidioſuſ enim
nō pōt dura ſine murmuracōne ſu
ſtinere . vnū verbum nō poteſt ꝑpt
deū ſuſtinere vł ſupportare . nō pōt
ieiunare vł orarē . neqꝫ diſciplinaſ
recipe . neqꝫ ecc̄iaſ frequētare . neqꝫ
verbum dei audire . nullū damnuʒ
nullam flagellacōneʒ . infirmitatē
doloreʒ pōt . cū paciētia ſuſtinē . ꝓ
modico damno cōtra deū murmu
rat . tediū vite habet . ſibiipſi male
dicit . mortem ſibi optat ⁊ ad oīa
mala eſt patꝰ . ad oīa bona tardꝰ
omnia iſta mala facit acidia . Con
tra hoc quartū viciū dat̄ q̄rtuʒ do
nū ſpūſſancti ſcʒ fortitudo Virtꝰ

hmōi doni eſt ꝙ reddit hoieʒ for
tem ad omnia aduerſa tolerāda .
agilem ad omnia bō faciēda ⁊ dat
pacientiaʒ in omnibꝰ aduerſ tēp
tacōibꝰ flagellis ⁊ infirmitatibuſ .
Augꝰ . Fortitudo ē amor facile oīa
tolerans ꝑpt illud qd amat̄ . Tuliꝰ
Fortitudo eſt racōnabilis aggreſ
ſio terribiliū cū cōſtanti eorū ꝑpeſ
ſione . Hoc donuʒ ē nobis maxime
nec̄arium ꝙ niſi fuerimꝰ fortes ad
bene operandū ⁊ ad ſuſtinenduʒ nō
habebimꝰ in celo meritū . Quintuʒ
pctm̄ mortale eſt auaricia Augꝰ .
Auaricia eſt multa cōgregare nec
ſuperflua paupibuſ erogare Auari
cia facit hominē omnia deſiderare
omniaqꝫ congregare . nūq̄ abun
dare . ſemper de defectu formidare
ꝓximum fraudare indigentibus
pce ⁊ nihil ſubuenire . oēʒ ſpem in
iſtis tranſitorijs ponē . plus de bo
nis ſuis q̄ de deo cogitare Imo deū
ſepiꝰ obliuiſci . In ſapientia mun
dana quō opes acq̄rat nimiſ ſtude
re ⁊ vt ſepiꝰ animam eterne dāna
cōni dare . omnia iſta mala fac̄ aua
ricia . Contra hoc datur q̄ntū donū
ſpiritusſancti ſcilicet conſiliuʒ Vir
tus huiuſ doni eſt ꝙ docet homi
nem quomodo inter multa cōſilia
prudētius ⁊ vtilius conſilium ſciat
eligere . Diuerſa inuenimꝰ in hac
vita conſilia . q̄ cuiqꝫ de illis omnibꝫ
meliꝰ ⁊ prudentiꝰ eligere ſcit hoc
eſt ex iſto dono . verbi grā Mundꝰ
conſulit vt q̄ras diuicias potētias
honoēs dignitateſ ⁊ p̄latuās . Ca
ro ꝯſulit vt delicōſe viuas . bene cōe
daſ bn̄ bibas . diu dormiaſ ſuauit̄

iaceaſ ⁊ ſedeas vt nūq̄ pedes tui vel
ſemel dure calcare pmittas. vt nl'
lū incōmodū ſuſtieas. vt nullo cō
modo careas. vt molles veſtes in
duas. ⁊ ſepe carnē tuam balnees
nūq̄ te ſitire vel eſurire facias. ⁊ oī
tpe libidinem tuā expleas ⁊ nun
q̄ abſtineas. Dyabolꝰ ↄſulit vt ſis
ſupbus. inuidꝰ iracundus. ⁊ vt ca
das de pctō in pctm̄. Ipſe eniꝫ ceci
dit p peccatū de celo ⁊ ideo ſepe rō
ſulit pctm̄ ⁊ caſuꝫ Ideo dixit ad cri
ſtū. hec omnia tibi dabo ſi pcidens
adoraueris me Mali hoīes ↄſulunt
tibi mala. fur furtū. raptor rapinā
vſurarij vſuram. ſic quilibet malꝰ
ſm ſuā maliciam. Deꝰ autē ↄſulit ti
bi vt des bona tranſitoria ⁊ accipi
as eterna ⁊ vt des hic ſimplūa ac
cipias ibi centuplum. vt libenter
ſis hic pauper vt ſemper maneas
diues in celo vt ſuſtineas hic bre
uē tribulacōeꝫ ⁊ recipias ibi leticiā
ſempiternaꝫ. vt ſuſtineas hic bre
uē p pctīs penitentiā vt euadas pe
nā infernaleꝫ vel purgatoriū. Iteꝫ
Mat. xix. Vende omnia que habes
⁊ da paupibꝰ ⁊ ſeqre me et habeb
theſauꝝ in celo Mat. eod. Omnis
qui reliquerit domum aut fratres
⁊ c. ꝓpter nomen meum cētuplum
accipiet ⁊ vitā eternam poſſidebit
Item Luce. xvi. Facite vob amicos
de mamona iniquitatis vt cū defe
ceritis recipiāt vos in eterna taber
nacula. Ecce audiſti multa ↄſilia ſi
ex iſtis ſcis melius ⁊ prudentiꝰ eli
gere ⁊ ſequi. hoc ē ex dono ſpirituſ
ſancti quinto ſcꝫ cōſilio Audi Tho
biā iiij. ca. Omni tempe ↄſilia tua
in ipō ⁊ in deo permaneāt Eccl. vi.
Cōſiliarius ſit tibi vnꝰ ex mille. q.
d. de mille ↄſiliarijs elige tibi vnū
ſcꝫ deum. Sextū mortale pctm̄ ē gu
la. Gula facit hebetes ſenſus Ihero
Pinguis venē tenuē ſenſuꝫ non gi
gnit. vn̄ Eccle. ij. Cogitaui vt a vi
no carnē meam abſtinerem vt ſic
transferrem animaꝫ meā ad ſapiē
tiaꝫ Guloſꝰ nihil aliud cogitat ni
chil aliud ſtudet. niſi quō ventreꝫ
repleat. vnde apoſtolus Phil. iij
Ipſi ſūt quoꝝ deus venter eſt ⁊ qꝛ
vētreꝫ p deo elegerūt ⁊ colunt. ita
ſēſus eorū hebetantē. qꝛ deum parū
cogitant vel intelligūt Contra hoc
datur ſextū donū ſpūſſancti ſcꝫ in
tellectus. Virtus huius doni eſt
qꝛ acuit hominis ſenſꝰ vt p creatu
ras quas videt ſciat agnoſcere cre
atoreꝫ ſuuꝫ quem nō videt vt p tre
na ſciat comprehendere celeſtia
vn̄ Sap. xiij. A magnitudine ſpeci
ei ⁊ creature cognoſcibiliter poteſt
creator eoꝝ videri Rō. p̄. Inuiſibi
lia dei a creatura mundi p ea que
facta ſunt intellecta conſpiciuntur
verbi gracia. Videmus magnitu
dinem in firmamento ⁊ in mundo
per hoc poſſumꝰ intelligere qꝛ cre
ator eorum ſit magnus ⁊ incōpre
henſibilis Si videmus claritatem
in ſole luna et ſtellis. Per hoc poſ
ſumus intelligere qꝛ creator eoruꝫ
ſit multo clarior Si videmus pul
chritudineꝫ i roſa. flore. lilio ⁊ vio
la per hoc poſſumus intelligere qꝛ
creator eorum ſit multo pulchrior
Si videmus ſapientiam in aliqua
creatuā ſicut i ſpente. gallo ⁊ colū

ba · poſſum⁹ intelligere ꝙ creator
eoꝝ ſit multo ſapiētior Job · xij · In
terroga iumēta ⁊ docebunt te vola
tilia celi ⁊ indicabunt tibi loquere
terre ⁊ reſpōdebit tibi · ⁊ narrabūt
tibi piſces · In omnibus iſtis crea
turis poſſumus aliquid de deo ⁊ de
celeſti gaudio cognoſcē Si aliqs
homo audiat aliquā volucrē canē
tem dulciter vt philomenā vl' aliā
multū delectat' in hoc ſono · ꝑ hoc
pōt intelligere ꝙ in celo vbi cantāt
tot chori angeloruꝫ ⁊ tot ſancti ꝙ
ibi eſt maximū gaudiū et delecta
cō · Exemplū Accidit in argentina
Quidā ſedebat in pomerio fratruꝫ
ſub arbore ⁊ habēs bonā vocem in
cepit cātare · hoc audiens quedaꝫ
phylomena aduolauit ⁊ poſuit ſe
ſup arboreꝫ et incepit naturalit' cō
tra eū fortiſſime cātarē Qd audiēs
frater incepi t vocem eleuare ⁊ illa
etiam vocem eius exaltabat ⁊ i tā
tum clamabat ꝙ ſuffocata cecidit
de arbore i ſinuꝫ fratris · Ecce ſi vna
auicula irracōnal' creatura tantū
delectabat' in cantu hominis q̄lis
erit delectatō in celis vbi tot cātāt
angeli v̄gines ⁊ ſancti · In omnib⁹
iſtis et ſimilib⁹ que vide⁹ ⁊ audi⁹
poſſum⁹ ſuperna intelligere et cele
ſtia Sed quidā ſunt ita rudes ꝙ ni
hil ꝑ hmōi intelligunt ſed ſic bru
ta animalia circa iſta terrena oc
cupantur · quibus dicit ps̄ Noli
te fieri ſicut equus ⁊ mulus quib⁹
non eſt intellectus · ¶ Septimum
peccatum mortale eſt luxuria ſiue
carnalis delectacō que facit homi
ni multa mala · mentem excecat · de

lectationem dei minuit · deum ſuuꝫ
cognoſcē n̄ pmittit ⁊ creatoreꝫ ſu
um obliuiſci facit Gre · Cū luxuria
mētem inuaſerit nullum bonuꝫ co
gitare pmittit Innocētius papa ·
Luxurie vicium omnem etateꝫ cor
rūpit · omnē ſenſū cōfundit · omneꝫ
ordinem ſoluit · omnē gradū puer
tit · Inuadit enim iuuenes ⁊ ſenes
mares ⁊ feias · prudentes ⁊ ſimpli
ces · ſupioēs ⁊ iferioēs · Ber · Lux
uria corp⁹ eneruat aīaꝫ maculat · fa
mā pdit · primū offēdit deū omit
tit ſēſus hebetat · hoīeꝫ i pecudē mu
tat · ymo homo ꝑ euꝫ infra pecudē
degenerat · cum pecus ſeruet con
cupiſcendi tempora · luxurioſus cō
cupiſcit omni hora · Oīa iſta mala
facit luxuria ſiue carnalis delecta
cio · Contra hoc datur ſeptimum
donum ſpiritusſancti ſcilicet ſapi
entia Sapientia eſt ſapida ſciētia
et eſt quidaꝫ ſpiritualis ſapor dul
cedinis quem ſentit deuotus homo
in cōtemplacōne celeſtium · Iſido
rus · Sapientia ſolūmodo eterna cō
templatur ⁊ illis iocundatur Iſtd
donum habuit btūs aug⁹ · quādo
dixit · Introducis me domine aliqn̄
in affectum multum inuſitatum in
trorſus neſcio in quaꝫ dulcedineꝫ
que ſi perficiatur in me · neſcio q̄d
aliud ſit vita eterna ſi illa non eſt
Donuꝫ iſtud datur contrā luxuri
am ſiue carnalem delectacōeꝫ Gre
Guſtato ſpiritu deſipit omnis caro
quia qui ſemel de illa ſapientia id
eſt ſapida ſcientia guſtauerit illi
omnis carnalis delectacō inſipida
eſt · ſicut qui mel comedit poſtea

ei aliis cibus nõ recte ſapit Sap. xxiiij. Spũs meꝰ ſup mel dulcis ⁊ hereditas mea ⁊ cõtẽplacio heredi tatis mee ſup mel ⁊ fauũ. De iſta materia require in die ephie in ſer mone Factum eſt autem.

¶ Feria ſecunda poſt feſtum penthe coſtes. ſ. xcvij

Adhuc loquē

te petro cecidit ſpũſſanctꝰ ſup omnes qui audierant verbuz Actuum. x. Poſt aſcẽſionez domi ⁊ miſſionem ſpũſſancti cũ apl'i p̃ dicarent in iudea verbum domini. oſtendit dominꝰ petro per quãdaz viſionem. ꝙ etiã gentilibus verbuz dei eſſet p̃dicãduz. Et ſic beatus pe trus venit ad quãdam ciuitatem gentilium nomine Ceſaria et ince pit predicare verbuz dei. Et factum eſt duz p̃dicaret cecidit ⁊ deſcendit ſpũſſanctꝰ ſup oẽs qui audierant verbũ dei. licet gentiles eſſent ⁊ ce perũt loqui variis linguis. Vtrũ autẽ in linguis igneis vel alia ſpe cie viſibili ſpũſſanctꝰ deſcenderit in certuz eſt. Sed certuz eſt ꝙ variis linguis ceperunt loqui et magnifi cabant deuz ⁊ mirabãtur fideles q̃ de iudeis conuerſi fuerant. ꝙ ſpũſ ſãctꝰ datus fuerat gentilibꝰ et tũc beatꝰ petrꝰ baptiſabat eos. ⁊ hoc eſt ꝙ tangitur in epiſtola hodier na In qua ſpecialiter attendẽduz eſt ꝙ ſpũſſanctꝰ datus eſt illis q̃ audierũt verbũ dei. Multis enĩz gẽ neribꝰ hominuz datus eſt ſpũſſan ctus. Primo datur ſpirituſſanctꝰ verbuz dei deuote audientibꝰ et il

lud ope implentibꝰ. Luc. x. Beati qui audiunt verbũ dei ⁊ cuſtodiũt illud Quia dicit beatus Jacobus in ſua canonica. ij. ꝙ non auditores legis ſed factores legis iuſtifica buntur. Quãtũ autem valet verbũ dei audire deuote patet in quodam miraculo pauli. Require infra octauã epiphanie in ſmone ꝓ defunctis. Secun do datur ſpũſſanctꝰ pñiam ꝑ pec catis agẽtibus. Actu. ij. Penitenti am agite ⁊ c̃ ⁊ accipietis donum ſpuſſcti. pñiam autẽ debet ſeq̃ pura ↄ feſſio p quã adquirit donũz ſpũſ ſãcti. Pſal. Os meũ aperui ſcilicet p ↄfeſſionem ⁊ attraxi ſpm̃ ſcilicz ſãctũ Iſtud figuratũ eſt in hoc ꝙ per manuuz impoſicionem dabat ſpirituſſanctus. Actuum. viij. vñ cum audiſſent apoſtoli qui erant iheroſolimis ꝙ recepit Samaria verbum dei miſerunt ad illos pe trum ⁊ iohannem qui cũ veniſſẽt orauerunt ꝓ eis vt acciperent ſpi ritum ſanctum. nondum enim in quẽꝙ̃ illorum venerat. ſed tamẽ baptiſati erãt in nomine ieſu xp̃i Eodẽ modo datur ſpirituſſanctus qñ poſt abſolucõnez ſacerdos in cõfeſſione manũ imponit Exẽpluz quidaz vidit nigros hoies accedẽ ad ſacerdotem ad confitendũ qui immũdi erãnt ⁊ claros ⁊ mundos recedẽ Tercio dat ſpũſſanctꝰ iſtis q̃ ſe ex toto corde humiliant Iſtud figuratũ eſt in hoc ꝙ ſpũſſanctus datꝰ eſt diſcipulis ſedẽtibꝰ Gloſa Seſſio indiciũ eſt humilitatis. vñ q̃cũꝙ vult recipe ſpiritũ ſcm̃ debz eſſe huilis ñ ſupbꝰ. vñ dr̃ p̃. De. q̃ntꝰ

ſupbis reſiſtit deꝰ humilibꝰ autē
dat graciā Bern̄. ſolet ſp diuine
gracie familiaris eſſe humilitas.
ſic eni͛ aqua deſerit montes ⁊ flu
it ad valles. ſic gracia ſpiritusſan
cti deſerit corda ſupborū ⁊ deſcēdit
ad corda humiliu͛ Vnde q̄a ma
ria humil̄ erat ideo ſpiritusſanctꝰ
in eam deſcendebat Ideo dixit an
gelus Luc ꝑ. Spiritusſanctꝰ ſupue
niet in te ⁊ virtꝰ altiſſimi obūbra
bit tibi Exemplū in quadā nobili
domina que ī monaſteriū itrauit
⁊ omnia vilia officia accipiebat.
Quere dn̄ica tercia poſt trinitatis
ſmone Humiliami. Quarto ſpi
ritusſanctꝰ datur cōcordibꝰ ⁊ vni
tatem ſeruātibꝰ Eccl̄. xxv. In tribꝰ
beneplacitu͛ eſt ſpiritui meo que
ſunt ꝓbata coram deo Concordia
fratrum. amor ꝓximoru͛. vir ⁊ mu
lier bene ↄſēcientes Iſtud figura
tū eſt Actuū. ij. vbi dicit̄. Q͛ cum
diſcipuli eſſent pariter. datus eſt
eis ſpūſſanctꝰ ⁊ erat illis omnibꝰ
cor vnum ⁊ anima vna in domino
Quicūq͛ ergo volunt accipe ſpūm
ſctū ↄcordiā ⁊ vnitate͛ habere de
bent. Bern̄. Niſi in humilitate opꝰ
tuū feceris. deo qui vnꝰ eſt acceptū
nō erit. ⁊ dominus ꝓmiſit in euā
gelio Mat. xviij. Vbi duo vl̄ tres
ↄgregati fuerit in nomine meo
ꝫ ꝑ cōcordiā ⁊ vnitatē in medio
eorū ſum. Exemplū in duobꝰ diſci
pulis euntibꝰ in emaus Luc. vlt.
Ecce q̄ꝫ bene valet ↄcordia ⁊ vnitas
ps. Ecce q̄ꝫ bonu͛ ⁊ q̄ꝫ iocūdū habi
tare fratres in vnum Quinto ſpiri
tusſanctꝰ datur in oratione perſe
uerantibꝰ Luc. xi Si ergo vos cum
ſitis mali noſtis bona data dare fi
lijs veſtris. quāto magis pater ve
ſter celeſtis dabit ſpm̄ bonū peten
tibus ſe .i. ſpiritūſanctum Actuu͛
ꝑ. cū diſcipuli poſt aſcēſionem dn̄i
erant pſeuerantes in oracōne cum
mulieribꝰ ⁊ maria matre domini
acceperāt ſpiritūſanctū Et Luc. iij.
dicitur ꝙ baptiſato ih̄u ⁊ orante
deſcēdit ſpiritusſanctꝰ corpali ſpe
cie ſicut colūba ſup ipſu͛. Quicūq͛
ergo voluerit ſpiritumſanctū reci
pere debet in oracionibꝰ pſeuerare
Sexto datur ſpiritusſanctꝰ ipſū deſi
derātibꝰ ⁊ ſibi ꝑ cōtemplacionem
appropinquātibꝰ Eccl̄. xxiiij. Trā
ſite ad me omnes qui cōcupiſcitis
me ⁊ a generacōnibꝰ meis adiple
mini. ſpiritus enim meus ſuper
mel dulcis Iac. iiij. Appropinqua
te deo. glō. Per cōtēplacōnem ⁊
appropinq̄bit vobis. ꝑ ſpiritusſan
cti cōmunicacōm. Iſtd̄ figuratum
eſt in hoc ꝙ diſcipuli acceperunt
ſpm̄ſanctū cū eſſent in ſupiori pte
domꝰ Gloſa. Qui ſpm̄ſanctu͛ deſi
derat. carnis domiciliū. mentis cō
tēplacōne caſcet. In homine enim
due ſunt māſiones ſupior ⁊ inferi
or In inferiori habitat qui ea que
ſūt carnis cogitat ⁊ deſiderat In ſu
piori vero habitat qui corporalia
⁊ hmōi ↄtemnēs ſoli deo vacat et
ſoli ei placere deſideāt Septio dat̄
ſpūſſcūs deū diligētibꝰ ⁊ mādata
eiꝰ ſeruātibus Jo. xiiij. Si diligitis
me mandata mea ſeruate et ego
rogabo patre͛ ⁊ aliū paclitū dabit
vobis ſpiritū veritatis qui a patre

ꝓcedit. Qui ergo vult ſpm̄ ſanctū
recipe debꝫ eius mandata ſeruaē
de mandatis eius Reqūre dn̄ica. xi
ij poſt trinitatem in ſmone Abra
he Rogemus dominum ēc.

Ce eodem. ſ. xcviij

N On eni miſit
dn̄s filiuꝫ ſuum vt iudicet
mundū ſed vt mūdus ſaluetur per
ipſuꝫ Joh. iij. Unde in preſēti euā
gelio poſſumꝰ notare duo. p̄mum
eſt dilectō ad nos. ſecūdū eſt exhi
bicio dilectōnis. Primū ib i. Sic de
us dilexit mūduꝫ vt filium ſuū vni
genitū daret. Secūdū ibi. nō enim
miſit deꝰ filiū ſuum. Sciēdū autem
ꝙ deꝰ miſit ⁊ adhuc mittit nobis
diuerſa exempla in quibus oſten
dit nob dilectionis ſue ſigna. Pri
mo mittit. tēporalia ad ſuſtentan
dū Scdo doctores ad inſtruenduꝫ
Tertio angelos a d cuſtodiendū
Quarto filiū ſuū ad redimēdū Quī
to ſpiritū ſāctum ad ꝯſolandū. De
p̄mo dicit Joel. ij. Ecce mitto vob
frumentū vinum ⁊ oleum ⁊ reple
mini i eis. p frumētū intelligit pa
nis. p vinū potꝰ ⁊ p oleum oīa alia
alimēta q̄ oīa habemꝰ de dono dei
q̄ nobis ſingulis annis mittit ad
ſuſtentanduꝫ corpꝰ. vn̄ pſal. Om
nia ſubiecti ſub. pe. eius hec oīa mi
ſit deus gn̄alit omnibꝰ hominibꝰ
Qui ergo vltra nc̄itatē abſcondit
⁊ indigētibus nō ptitur fur eſt et
a dn̄o maledictꝰ Prou̇. xi. Qui ab
ſcōdit frumētuꝫ in tēpore nc̄itatis
maledicet a deo. benedictio autem
ſup caput vendentium Item Amb

Paſce fame morientē ſi nō paui̇ſti
occidiſti. ⁊ nō ſolū n̄ abſcōditū eē
debet frumētuꝫ ſ; nec pecunia qua
emit frumentū Eccī. xxix. p de pecu
am ꝓpter amicū tuū ⁊ non abſcon
das illam ſub lapide in pdicōneꝫ
Amb. Nō minꝰ eſt crimen habenti
tollere ꝙ cū poſſit ⁊ abundās ſit in
digentibꝰ denegaē Eſurientis pa
nis eſt quē tu detines. viduarū in
dumentū qd tu retines. miſeroruꝫ
redēpcio pecuia quā abſcōdis in tra
Tot ergo ſcias reddē bona quot
poſſiſ p̄ſtaē. ⁊ nō ſolū ſit frumētū
abſcōditū ſ; nec pecuia q̄ frumētuꝫ
tū emitur. ſic ergo patet ꝙ deꝰ mit
tit nob tempalia quibꝰ paſcimur
que nō ſunt abſcōdēda ſed paupi
bus ⁊ indigentibꝰ imptienda. q̄a
q̄cq̄d homo vltra nc̄itatē reſeruat
contra animam ſuam ꝛſeruat. Ja
cobi. v. Diuicie veſtre putrefacte
ſunt ⁊ veſtimenta veſtra a tinea co
meſta ſunt. Auꝝ veſtrū ⁊ argētum
erugināuit ⁊ erugo eoruꝫ erit vob
i teſtimoniū ⁊ mādūcabit carnes
vrās q̄ſi ignis ⁊ nō ſolū mittit no
bis deꝰ cibū tempaleꝫ. ſ; etiā mittit
nobis cibū ſpūalem ⁊ celeſtē in ci
bū anime Joel. ij. Ecce ego mitto
frumētū. p frumētū poſſuꝰ accipe
corpꝰ ſcꝫ ſacramentū qd de frumē
to cōficitur. vn̄ dn̄s cōpauit ſe fru
mento Joh. xi. Niſi granū frumen
ti cadēs in trām mortuū fuerit nul
lum fructuꝫ affert. qd de morte ſua
dixit Et p vinuꝫ intelligit ſanguis
xp̄i qui de vino conficitur. p oleum
gracia ſua ſiue miſericordia ſigni
ficat. C Jſta tria mittit nobis quo

tibi e in cibum anime. Secūdo no
bis mittit ſuos nuncios .ſ. doctores
⁊ predicatores ad erudiendum.
Lu. xiiij. Hō quidā fecit cenā ma.
⁊ mi. ſer. ſu. ho. ce. di. in. ⁊c̄. Iſte hō
xp̄s eſt qui prepauit per humili
tatē vitam eternā: ⁊ miſit ſeruum
ſuum .i. ordinē predicātium verbū
dei ſeminantiū ſm greg̃. Dicite in
uitatis. Et quicūq3 audit illos au
dit ⁊ illū qui miſit eos. Unde cū3
dn̄s mitteret diſcipulos ad predi
candū: ait. Qui vos audit: me au
dit: ⁊ qui vos ſpernit me ſpnit. ⁊
qui vos recipit me recipit. Sȝ mul
ti obturant aures ſuas ad vocem
predicantium: ſicut ſerpens ad vo
cem incantantiū. Quis ſurd⁹: niſi
ad quos ſeruos meos miſi. Talib3
ↄtingit ſicut illis de quib⁹ dicitur
puer. xxi. Qui obturat aurem ſu
am ad clamorē3 pauperꝝ: ipſe cla
mabit ⁊ nō exaudiet̄ hic neq3 in
futuro qn̄ dicēt. Dn̄e domine aperi
ſed rn̄debitur eis. Amen dico vob̄
neſcio vos. Math. xxv. Amen di
co vobis. nemo illoꝝ viroꝝ qui vo
cati ſunt p nuncios meos ⁊ eos au
dire noluerūt: guſtabunt cenam
meā. qui aūt audiunt intrabunt
in vitam eternā. Lu. xiiij. ⁊ Lu. xi.
Beati q̄ audiunt verbum dei: ⁊ cu
ſtodiunt illud. Greg̃. Certiſſimū
ſignum eſt eterne predeſtinacōis
libenter audire verbū dei. Tercio
mittit nobis angelos ad cuſtodi
endū. Hebre. i. Omnes ſunt mini
ſtratorij ſpūs ⁊c̄. Mittuntur enim
ad cuſtodiam nrām. Pſ. Angelis
ſuis mandauit de te ⁊c̄. Grego. di

cit q vnuſquiſq3 habet angelum
ſuum .ſ. bonum ⁊ malū. bonum ad
cuſtodiendū: malum ad exercitā
dum. Hac cuſtodia bene indige⁹
q multi ⁊ infiniti ſunt inimici no
ſtri qui odioſe nobis inſidiantur
in omni loco. Pſ. Reſpice inimi
cos noſtros: qm̄ multiplicati ſūt
⁊ odio iniquo oderunt nos. Et ſic
aliquib⁹ ſanctis monſtratu3 eſt
frequenter circa nos volitant: ſic̄
muſce i aere ⁊ innumerabiles. ſic̄
dic̄ haymo. Et ſic̄ radius ſolis mi
nutiſſimis puluerib⁹ plenus eſt:
ſic aer malignis ſpiritibus. Unde
gre. Si boni ſpūs a nobis ſe elon
garent: impetus maloꝝ ſpirituū
null⁹ ſuſtinere poſſet. Ihero. Non
poſſet eſſe tuta omnis caro niſi cu
ſtodia ſcōrum muniretur. Quarto
miſit nobis filium ſuum ad ſaluā
dum. non enī miſit deus filiū ſuu3
vt iudicet mundū: ſed vt mund⁹
ſaluet̄ per ipſum qd fuit maximū
ſignū amoris. i. Jo. iiij. In hoc eſt
caritas dei: non q̄ſi nos dilexerim⁹
eum: ſed qm̄ prior ipſe dilexit nos
et miſit filiū ſuum ꝓpiciatorem ꝓ
pccīs noſtris. Gre. O ineſtimabi
lis dilcō caritatis vt ſeruū redime
res filiū tradidiſti. Hic ē ille verus
ioſeph de quo dī gen̄. xlv. Pro ſa
lute vrā miſit me dn̄s añ vos. Hic
ē ille verus moyſes de quo dī exo.
iij. Veni mittā te ad pharaone3:
vt educas ppl̄m meum de egipto
Quinto miſit nobis ſpm̄ ſcūm ad
ↄſolandū. vn̄de vocat̄ paclitus .i.
ↄſolator. Ber. Adeo dulcis ē ſpūs
ſcūs ⁊ intm̄ ↄſolatur nos q eius

dulcedini preualere non pōt ipſa
amariſſima mortis amaritudo. Ex
emplū in beato ſtephano q̄ cū re
pletus eēt ſpūſcō: lapides torren
tes illi dulces fuerūt. Aug. Qui de
torrente voluptatis ſel' q̄ntum poſ
ſibile ē pfecte guſtauerit: cꝰ vna
gutta maior eſt occeano reſtat vt
in eo oīs ſitis ſecularis extinguat
Rogemus.

¶ Feria tercia.

Sermo. xcix.

Orauerunt ꝓ ipſis vt accipent ſpm̄ſan
ctū. Actu. viij. Sicut iſti duo apl'i
petrus ⁊ iohēs orauerunt ꝓ ſama
ritanis vt accipent ſpm̄ſanctum:
ita ⁊ nos exēplo eoꝝ dēmus orare:
vt mereamur accipe ſpm̄ſcūm. ⁊
hoc ꝓpter multas vtilitates q̄s ope
rat̄ ſpūſſcūs in nobis. Eſt ei ſpūs
ſcūs vtilis ⁊ ncārius pctōribus in
pccīs iacentibꝰ. Eſt vtilis ↄūſis ⁊
penitentibꝰ. eſt vtilis iuſtis ⁊ pfe
ctis. Primo vtilis pctōribꝰ eſt in
hoc ꝙ eos ꝑ grām ad pnīaȝ addu
cit. Ro. ij. An ignoras qm̄ benigni
tas dei .i. ſpiritusſcī cui attribuitur
mia ad pnīam te adducit ⁊ hoc fa
cit aliq̄n ꝑ internā increpacōem.
Jo. xvi. Cū venerit ille ſpūſſcūs ar
guet mundū .i. mundanos pctōres
de pctō qd fecerūt. de iuſticia quā
neglexerūt ⁊ de iudicō qd nō timu
erūt. hmōi argutio fit: qn̄ .ſ. ſ. in cor
hois dat cogitacōes pctōꝝ q̄ fec̄ ⁊
obmiſſionem eoꝝ q̄ non fecit .ſ. bo
noꝝ. ⁊ ꝙ i iudicō extremo redditu
rus eſt rōem de oībus cōmiſſis: ⁊
omiſſis ⁊ ſm hoc ↄcipit pctōr con
tricōm ⁊ flet ꝓ pccīs. Ps. Flabit
ſpi. eiꝰ ⁊ flu. a. lacrimaꝝ. Sicut pȝ
in maria magdalena: ſtatim cum
ſpūſſcūs tetigiſſet cor eius fluxerūt
aq̄ ita largiſſime ꝙ pedes dn̄i lacri
mis lauit. Et de dd qui grauit̄ pec
cauit di. eccī. xlvij. Xp̄s purgauit
pctā ipſius .ſ. qn̄ ei grām penitēdi
tribuit. Ecce exemplū hn̄t pctōres
in maximo pctōre dauid. ⁊ in ma
xima peccatrice maria magda. vn
de nullꝰ de benignitate dei deſperet
Gre. Qui multos ſanatos videmꝰ
q̄d aliud ꝙ mie pignus hēmus.
Item ſpūſſcūs aīam pctōris viuifi
cat. hō enī peccando aīam ſuā occi
dit. Augꝰ. Sicut vita corpis eſt aī
ma: ita vita aīe eſt deus. qm̄ ſi aīa
deſerit corpꝰ corpus morit̄: ſic mo
ritur aīa ſi deſerit eā deus qd fit ꝑ
pctm̄. Yſa. lix. Pctā vrā diuiſerūt
inter vos ⁊ deuȝ vr̄m: ſed ſpūſſcūs
aduemens viuificat aīam. Jo. vi.
Sp̄s eſt qui viuificat Ep. B. ij. Dn̄s
qui diues ē in ſua mia ꝓpter nimi
am caritatē qua dilexit nos. ſic be
ne figuratū eſt Eze. xxxvij. vbi dr̄
ꝙ ꝓpheta ezechiel ductꝰ fuit in ſpi
ritu in campū plenū oſſibꝰ mortu
oꝝ: ⁊ dixit ei dn̄s. Putas ne viuēt
oſſa iſta. Qui r̄ndit. dn̄e tu noſti.
Et dn̄s ad euȝ. Dic ad oſſa iſta. Oſ
ſa arida audite verbū dei. hec dicit
dn̄s. Ego introduco in vos ſpūm:
⁊ viuetis. Cūq; ſic diceret ꝓpheta:
facta eſt ↄmotio ⁊ acceſſerūt oſſa
ad oſſa ⁊ vnumq̄dq; membꝝ ad
iuncturā ſuā: ⁊ nerui ⁊ carnes ⁊ cu
tis excreuerunt ſup ea Tunc dixit

dñs ad ꝓphetam A quatuor vētis
veni ſpūs ⁊ inſuffla ſup interfectos
iſtos ⁊ reuiuiſcant. Et ꝓphetaui ſicͣ
preceperat m̄. Et ingreſſus ē in ea
ſpūs ⁊ vixerunt ⁊ ſteterunt ſup pe
des ſuos exercitus grandis nimis Ad
lrām nihil fuit miſi viſio quedā p
quam p̄t intelligi ꝙ ſpūſſcaīs mor
tuam aīam viuificat. Jdcirco vnꝰ
quiſqꝫ dicat cum ps̄. Dñe viuifica
me ſcḋm verbū tuum. Itē ſpūſſcūs
vtilis eſt pctōribus pñiam agen
tibꝰ in hoc ꝙ ipſos adiuuat in ſa
tiſfcōe. Ro. viij. Spūſſanctus adiu
uat infirmitatem nrām. Epheſ. ij.
Det vobis deus ſcḋm diuitias glīe
ſue virtutē per ſpm̄ eius corrobora
ri. Jdeo dicit dñs illis q̄ aggrediū
tur ſatiſfcōꝫ arduā ꝑ peccatis ſuis
Aggei. ij. Spūs meꝰ erit in medio
veſtri nolite timē Sine adiutorio
non poſſumꝰ facere quicq̄. Jo. xv
Sine me nihil poteſtis facere ⁊ ſicͣ
grā mea. Item ſpirituſſanctꝰ a ſer
uitute dyaboli liberat ⁊ filios dei fa
cit. Pctōr enī q̄ facit pctm̄ ſeruꝰ
eſt pctī ſiue dyaboli. Jo. viij. Criſ
Anteq̄ peccamꝰ liberi ſumus ſed ſi
ſemel nos dyaboli operibꝰ obliga
uerimus iam nrā virtute euadere
non valemꝰ: ⁊ hoc eſt qḋ dñs dicͭ
oſee. xiij. Perditio tua ex te. ex me
aūt auxiliū. Jdeo nobis ncāriꝰ ē
ſpirituſſcaīs qui nos liberos faciat
a ſeruicio dyaboli: tunc filij dei eri
mus. Ro. viij. Ipſe ſpūs teſtimo
nium phibet ⁊ reddet ſpiritui nrō
ꝙ filij ſumꝰ dei. ꝙ ſi filij ⁊ heredes.
Item ſpūſſanctus vtilis eſt ꝓfici
entibꝰ. eſt enī ductor eoꝝ ⁊ fortifi
cator. Ductor eoꝝ eſt. qꝛ ꝓficiētes
debent ire de virtute in virtutē. Ps̄
Ibunt de virtute in virtutē. ⁊ ideo
ſpirituſſcaīs eis eſt nc̄ariꝰ ne deui
ent a via recta in bona vita: ſꝫ vt va
dant de virtute in virtutē. Jdeo dr̄
Eze. xxxvi. Spūm meū ponam in
medio veſtri: ⁊ faciā vt in precep
tis meis ambuletis Sic petebat ꝓ
pheta. Sp̄s tuus bo. dedu. me in t.
Sed qꝛ ꝓficientes in bona vita mlͭ
tas hn̄t aduerſitates: ideo ncāriꝰ
eſt eis ſpirituſſcaūs qui eos fortes
ad pugnandū efficiat. Ps̄. Spū
oris eius omnis virtus eoꝝ. q. d.
Ois fortitudo eoꝝ qui pugnāt cō
tra dyabolū eſt a ſpirituſancto. ⁊
quos replet: ad pugnā fortes mu
nit. ⁊ qui ſine ſpū hoc ad pugnaꝫ
vadunt: cito cadunt. Illud figuā
tum eſt. i. Re. xi. vbi dr̄ ꝙ naas pug
nauit ꝯtra filios iſrahel ⁊ obſedit
iabes galaad ⁊ noluit cum eis fa
cere pactū niſi eruerent omēs ocu
los dexteros. Qḋ cum nunciatum
eſſet ſauli: inſilijt in eum ſpūs do
mini ⁊ deuicit eū. Naas interpreta
tur ſerpens ⁊ ſignificat dyabolūꝫ
q̄ per ſerpentē primuꝫ hoīem vicit
Iſte adhuc filios iſrahel ⁊ deuotos
hoīes impugnat ⁊ nitit̄ eis eruere
oculos dexteros .i. auferre cogniti
oneꝫ dei: ſed ſi ſpirituſſcūs inſilue
rit in eos ſicut in ſaul. ipſi deuince
rent eū. ſ. ſerpenteꝫ cum adiutorio
ſpūſſancti: ⁊ dicant cum ps̄. Spū
principali ꝯfirma me. Itē ſpiritꝰ
ſanctꝰ vtilis eſt perfectis hoībus
qꝛ talibꝰ ſepe ſecreta celeſtia reue
lat. Vnde. i. Chor. ij. Qḋ oculꝰ nō

vidit: nec auris audiuit nec in cor
ho. aſ. que pre. ⁊c. nobis reuelauit
ꝑ ſpm̄ſanctum. ſicut pȝ in iohan
ne qui vidit ſecreta celeſtia. ſ. dei cū
eſſet in inſula pathmos. Et paulꝰ
q̄ raptus eſt ad terciū celū ⁊ vidit
ibi ea q̄ non licent homi loqui. Et
ſtephanꝰ vidit celos aptos. qua
re ꝙ fuerunt repleti ſpūſancto Jtē
ſpirituſſcūs vtilis eſt pfectis ⁊ ↄtē
platiuis. ꝙ eterna dulcedine refi
cit eos. Sap. xij. O q̄ ſuauis es do
mine ⁊c. Eccī. xxiiij. Sp̄s meus ſup
mel dulcis. ⁊ talis dulcedo ſpiritꝰ
ſancti cordis iubilū generāt. Eph.
v. Jmpleamini ſpūſancto. ⁊ ſeqꝛ
Loquentes vobiſmetipſis in pſal
mis. ymnis ⁊ canticis ſpūalibus
cātantes ⁊ pſallentes in cordibꝰ
veſtris Tale iubilū ſentiri p̄t ⁊ ex
plicari verbis nō p̄t. Augꝰ. Jntro
duciſ me aliqñ dn̄e in affectū mlt
tum inuſitatū introrſus neſcio q̄d
aliud erit vita eterna ſi iſta nō erit
Hugo de ſcō victore dicit in pſona
aīe. Quid illud dulce in recordacōe
dei qd aliqñ me tangere ſolet ⁊ tā
vehementer ⁊ ſuauiter afficere: vt
iam tota a me alienari incipiā. ſb
ito enī innouor: ⁊ bene m̄ eſſe inci
pit vltra q̄ loqui ſufficiā. exultat
animꝰ. cor hilariatur. deſideria iocū
dant. in obliuionē venit oim̄ pre
teritoꝝ doloꝝ ppeſſio: ⁊ neſcō vbi
ſum. Ber. Si vna gutta eterne dl
cedis ita inebriat: ꝙ vbi hō ſit to
taliter neſciat: q̄d erit in regno ce
loꝝ: vbi bibetꝰ de fonte totiꝰ dulce
dinis fluenti ſine fine. Rogemꝰ

¶ Feria tercia
Sermo. c.

Fur nō venit
niſi vt furetur. Jo. x. Mora
liter poſſunt iſta verba tripliciter
exponi. ꝙ ſunt tria genera furū. ſ.
dyabolus. mors ⁊ homo malus.
Primus fur inſidiatur anime: et
nitit̄ ei auferre virtutes ⁊ bona q̄
bus aīa in pn̄ti reficit̄ ſeu ornatur
⁊ ſic ablatis eis nitit̄ eam macta
re ſiue mortificare: ⁊ ideo nonſolū
eſt fur: ſed etiam latro. Oſee. vij.
Fur ingreſſus eſt ſpolians latrū
culus foris. q. d. Dyabolus ingre
dit̄ occulte domū anie tanq̄ fur. ⁊
ſpoliat eam bonis operibꝫ. ⁊ tunc
quaſi latrunculus manifeſte occi
dit animā ſicut latro corpꝰ Vnde
iob. xxiiij Mane primo ↄſurgit ho
micida ⁊ interficit egrotuȝ ⁊ pau
perem ⁊ p nocte̅ erit quaſi fur. Oꝛ
enim aliqñ homo corpaliter inte̅
ficitur: videmus ꝙ aīam miſeraȝ
ſpoliat ⁊ nudā deſerit non aduer
timꝰ. Propter hoc dī apoca. iij. Ec
ce venit q̄ſi fur. beatus qui vigilat
⁊ cuſtodit veſtimenta ſua ne nudꝰ
ambulet. Veſtimenta anime ſūt
virtutes ⁊ bona opa que nitit̄ dy
abolus non furari ſolū ſed occidē
Vnde beatus petrꝰ ⁊. Pe. v monꝫ
nos dicens. Fr̄es ſobrij eſtote ⁊ vi
gilate. ꝙ aduerſarius veſter dya
bolus circuit vos tanq̄ leo rugiēs:
querens quē deuoret. cui reſiſtite
fortes in fide. ⁊ ꝙ dormientes in
pcc̄ō deuorat. Vnde dicit Jheremi.
in pſona pcc̄oris damnati. Come

dit me. deuorauit me. abſorbuit
me ſicut draco. Ihere. li. Sc̄ds fur
.ſ. mors ille inſidiat̄ vite ſFur enim
venit cū minime putat̄: ſic ⁊ mors
Apoca. iij. Si non vigilaueris veni
am tibi tanꝙ fur ⁊ Theſſal. v. Di
es dn̄i ⁊ hoꝛā mortis ſicut fur ita ve
niet in nocte. Greḡ. Conditoꝛ nr̄
diem mortis nr̄e incertū nobis eē
voluit: vt qn̄ ſp ignoratur: ſp ꝓxi
mus eſſe credatur ⁊ tanto quiſq̄
ſit feruentioꝛ in operacōe: quanto
incertioꝛ eſt de vocacōe. Iō monet
nos dn̄s ꝯtra incertitudinē mortiſ
Mat. xxv. Vigilate: qꝛ neſcitis di
em neq̄ horā Hoc aūt ſcitote qm̄
ſi ſciēt p̄rfamilias qua hora fur ve
niret vigilaret ⁊c̄ Ber. Certum eſt
ꝙ morieris: ſed incertū eſt qn̄ vel
vbi. Sen̄. Mors tibi inſidiat̄ in oī
loco. tu q̄ꝫ ſi ſapiens fueris: vbiq̄
eam expectabis. Vnde legit̄ ꝙ io
hannes patriarcha ꝯſtituerat ſi
bi quendā famulū qui frequēter
veniret ad eum cū eſſet in loco hōꝛis
dicens. Dn̄e impfectum eſt ſepul
chꝛꝯtuum: iube ergo perfici. qꝛ ci
to morieris. Terci⁹ fur eſt hō ma
lus. ⁊ ſunt quatuoꝛ genera hoīm
qui fures vocant̄. Primi ſunt ma
li prelati: qui prece: vel precio: vel
ſuaſione vel alio q̄cunq̄ ſlō mō: ⁊
non ſm̄ deum vel iuſticiā veniunt
ad prelaturas q̄ non querunt lau
dem dei ⁊ ſalutē ꝓximi: ſed tm̄ ſuaꝫ
⁊ ſuoꝝ vtilitatē. De quib⁹ dicit do
minus in euangelio hodierno Io
han. x. Qui non intrat p hoſtium
in ouile ouium ⁊c̄. Sc̄d̄o dicit̄ fur
qui rem alteri⁹ furtiue accipit con
tra preceptum dn̄i Exo. xx. ⁊ Deu.
v. Non furtū facias. vbi ſm̄ glo.
ꝓhibuit omnine vſurpacōm ali
ene rei. Non enī rapinā. non frau
dem. non vſuram ꝯceſſit: qui furtū
ꝓhibuit. De illo fure qui aliena
rapit dicitur Ecc̄i. v. Super furem
eſt ꝯfuſio quando fur ꝯprehendi
ſuam caſtitatē. In quo hortat̄ eas
ꝙ volūtarie dn̄t ſe exhibē caſtas
ſunt enī alique virgīes que p̄ter
volūtatem ſeruāt caſtitatē q̄ licet
carne ſūt caſte. mente tn̄ ſūt corru
pte. Sciendū autē ꝙ triplices ſūt
virgīes. q̄dam ſunt virgīes carne
a non mente. q̄dam mente: ſꝫ non
carne. q̄dam mente a carne ſimul
Prime que ſunt virgines carne: ſꝫ
non mente ſūt ille que cōtra volū
tatem ſūt virgines que habēt volū
tatē viros ducēdi ſi poſſent. Tales
non p̄dūt inſignia virginitatis: ſꝫ
aureolam amittūt in celis. Yſido.
Virgo carne a nō mente nullū p̄
miū meret̄ in celo in repromiſſiōe
Ierōꝰ Nihil pficit carnē hēre vir
ginitatē. ſi mente quiſq̄ nupſerit
Sicut enī non dat̄ aureola niſi il
lis martiribꝰ qui voluntarie ꝓpter
xp̄m mortē ſuſtinēt. ſic nō datur
aureola niſi ſolū illis virginibꝰ q̄
ꝓpter xp̄m volūtarie ꝓponūt pma
nere. Talis fuit btā lucia de qua le
git̄ ꝙ cū veniſſet ad ſepulcrū bea
te agate cū mr̄e ſua thicia a mat̄
eiꝰ ibidē ſanata fuiſſet ab īfirmi
tate ſua dixit mr̄i ſue. Ecce ſanata
es p ipſā rogo ḡ te p ipſā q̄ te ſuī
is p̄cibꝰ ſanauit vt mihi nunq̄ de
cetero ſponſū noīes: ſed q̄ mihi da
turā eras p dotē paupibꝰ elargiē.
Cui mr̄. Tege priꝰ oculos meos a
q̄cq̄d de bonis volueris facito. Ad
quā lucia. Moriēs das id das:
qꝛ tecū ferre nō potes. Da igit̄ dū

viuis ⁊ mercedē habebis. Cum er
go venissent domū cepe͞rūt vendere
omnia que habebāt ⁊ pauperibꝰ
occulte distribuere. Qd cum intel
lexiſſz ſponſus cui lucia promiſſa
erat. q̄ſiuit a matre vbi res deueiſ
ſent. Ac illa aſtute reſpōdit ꝙ vtili
ora bona ꝯpare vellent. Jlle autē
putabat ꝙ bona terena ꝯpare vel
lent ⁊ ſic ꝑmiſit omnia vendi. Jlla
autem ōmino vendidit ⁊ omne p̄ci
um paupibꝰ diſtribuit. Qd cū il
la dixiſſet duxit eam ad paſcaſiū
iudicem accuſans eam ꝙ xp̄iana
facta eſſet. Qui cū cogeret eam ſa
crificare dijs reſpōdit. Sacrificiū
deo placens eſt viſitare paupes ⁊
ipſis in tribulacōnibꝰ ſubuenire:
⁊ q² amplius non habeo ꝙ offerā
me ipſam offero. Cui paſchaſiꝰ
patrimoniū tuū cū fornicatoribꝰ
tuis ꝯſūpſiſti. Jlla r̄ndit corrupto
res mētis ⁊ corpis nūq̄ vidi. q. d.
nunq̄ corrupta fui nec mēte nec
corpe: q² nunq̄ volūtatem nuben
di habui. Jn hoc patet ꝙ beata lu
cia non ſolū fuit virgo carne ſicut
quedā tm̄ ſunt virgines corpe ⁊
nō mente q̄ aureolam ſuā ꝑ volū
tatē nubendi amiſerūt. Sciendū
autem q̄ aureolā ſic amiſſā pn̄t
ꝑ penitētiam recupare ſi ꝯcepe͞rūt
finale ꝓpoſitū ſeruādi virginitatē.
Secunde virgines que tm̄ ſunt vir
gines mente ⁊ nō carne ſūt ille que
ꝯtra volūtatem ſuā violantur ⁊ il
le non amittūt aureolam in celo.
Legitur enim ꝙ paſchaſiꝰ dixit ad
luciā q̄ vellet eā duci ad lupanar
⁊ violenter eā opprimi. Jlla reſpō
dit. Si me inuite violaueris caſti
tas michi duplicatur ad coronā
cum meam volūtatem nunq̄ pote
ris ad cōſenſum ꝓuocare. hoc tn̄
nō eſt intelligendū de duplicata
aureola: ſꝫ q² duplex p̄miū habe
bit. vnū ꝓ virginitate cuſtodita
Aliud ꝓ iniuria paſſa. q̄uis tales
non ꝑdant aureolam in celo tamē
ꝑdūt inſignia virginitatis in hoc
mūdo. Vnde leo pp̄. famule dei que
oppreſſiōe barbarica integritatē
virginitatis ꝑdiderūt ſiue pudoris
laudabiliores erunt ſi ſe incōtami
natas nō audeāt ꝯpare virginibꝫ
Rō vero eſt: q² in militanti eccā cō
pantur ſcḋm iudiciū humanū qd
eſt ſcḋm ꝙ apparet. ꝙ iuite ſit corru
pta non defert inſignia virginea.
Tercie ſūt virgines q̄ mēte ⁊ corpe
ſunt virgines q̄. ſ. nunq̄ viros ag
nouerūt in re nec vnq̄ habuerūt
volūtatē nubendi: ſꝫ ſolū ſuo ſpon
ſo xp̄o ſuā virginitatē ſeruauerūt
Talis fuit btā lucia ideo eam dn̄s
cuſtodiuit ne pollueretur. Cū eā pa
ſcaſiꝰ duci iubēt ad lupanar vt vi
olaretur. Jbi ſpūſſcūs eā ita immo
bilē fecit ꝙ mille viri nō potuerūt
eā mouere. tunc fecit milia paria
boū adduci tn̄ immobilis ꝑmanſit
vocauit āt magos vt ſuis incātati
onibꝰ eā mouerent: ſꝫ oīno imobi
lis ꝑmāſit. Tūc paſchaſiꝰ dixit. q̄
ſūt iſta maleficia tua. lucia dixit.
Non ſunt iſta maleficia: ſꝫ bn̄ficia
xp̄i. Porro ſi adhuc decē milia eq̄
rū adhibueris vt priꝰ immobilē
me videbis. Putans vero paſcha
ſiꝰ ſcḋm quorūdam figmēta ꝙ locio

fugarent̄ maleficia iuſſit eā lectiō
pfundi·Cūqȝ nec ſic moueri poſſȝ
anguſtiatꝰ nimis iuſſit copioſuȝ
ignem circa eam accendi picēqȝ ⁊
feruēs oleuȝ ſup eam fundi·Dixit
qȝ lucia Inducias impetraui mītī
xīj mei:vt credētibꝰ timorē auferā
paſſionis ⁊ nō credentibꝰ audaci
am inſultacōis·Videtes autē ami
ci paſchaſij cū anguſtiari·gladi
um in gutture lucie immiſerūt·que
nequaq̄ȝ amittens loquelam ait·
Annūcio vobis qȝ maximus ceſar
mortuꝰ eſt ⁊ ſocius ſuus diodecia
nus expulſus eſt a regno ſuo qui
xp̄ianos pſequebātur·Et ſicut ci
uitati cathanēſi ſoror mea agata
eſt data·ſic ⁊ ego ciuitati ſiracuſa
ne cōceſſa ſum interuētrix·Hec ea
loquēte miniſtri romanoꝝ vene
rūt ⁊ paſchaſiuȝ apprehenderūt ⁊
vinctū ad ceſarem ſecū duxerunt
Audierat enī ceſar qȝ vniuerſam
prouinciā fuerat depdatus·veni
ens autē romā ⁊ ſenatui accuſatꝰ
piter ⁊ ꝯuictꝰ capitali ſentētia eſt
punitus·Virgo vero lucia de loco
ī quo paſſa eſt·nec eſt mota nec
ſpūm tradidit quouſqȝ ſacerdotes
venirent ⁊ corpꝰ dnī ei traderent ⁊
oēs aſtātes amen dn̄o rn̄derunt·
In eodē autē loco ē ſepulta ⁊ ecclā
fabricata·paſſa ē aūt tp̄e ꝯſtātini
⁊ maxēcij·Circa ānos·ccc·x·

¶ De ſancto thoma ap̄lo·
Sermo·vi·

Reſpondit tho
mas ⁊ dixit dn̄s meus ⁊ deꝰ meus
·Io·pe·ꝯ·Io·pe·l·t·In verbis ꝓpoſitis
fatet̄ ſanctꝰ thomas ſe eſſe ſeruū
xp̄i:⁊ xp̄m dn̄m ⁊ deū ſuū·Sciend
aūt qȝ ſunt quatuor q̄ debet homo
in ſe hēre vt mereat̄ ſeruꝰ dei eſſe q̄
in btō thoma iuenimꝰ·Primū eſt
obediētia·videmꝰ ei qȝ terrenī dnī
nō volunt hēre inobedientes ſeruos
multomagis rex celeſtis cui obedi
unt oīs creature Act·v·obedire
optet deo magis q̄ hoībꝰ·Io·xij·
Qui mihi miniſtrat me ſequatur p
obediam:qȝ vt dicit̄·Io·v·Ego de
ſcendi de celo nō vt faciā volūtatē
meā:ſȝ eius q̄ me miſit·Ipſe enīȝ
obediēs fuit patri ſuo vſȝ ad mor
tē·ſicut dicit̄ phil·ij·vn̄ Mat·xvi·
Si q̄s vult venire pꝰ me abneget
ſemetipm̄ ⁊ ꝓpriā volūtatē:⁊ ſeq̄t̄
me ⁊ volūtatē meā Augꝰ Optimꝰ
miniſter tuꝰ dn̄e eſt ille qui nō in
titur hoc a te audire qd ipſe volue
rit:ſȝ magis hoc qd a te audierit.
Rn̄tum diſplicet deo qȝ ſibi nō obe
ditur·pȝ in Adaȝ quē piecit de pa
diſo:⁊ in ſaul quē piecit de regno
Btūs aūt thomas fuit verꝰ obedi
ens ſicut pȝ in legēda ſua·Cū enī
eſſet apud ceſāreā·apparuit ei do
minꝰ dicēs·Rex indie Gundoforus
miſit nūciū ſuū abbanē q̄rere ma
giſtꝝ q̄ edificet ſibi palaciuȝ ſm
morē romanoꝝ·veni ergo ⁊ mittā
te ad illū·Cui thomas·dn̄e·q̄ vis
mitte me p̄ter ad indos·Cui domi
nꝰ·vade ſecure:qȝ ego ero cuſtos
tui·Cūqȝ indos ꝯuerteris ad me
cū palma martirij venies·Cui tho
mas dominꝰ meus es:⁊ ego ſeruꝰ

tuus. fiat volūtas tua. Cumqꝫ nun
cius abbanes nomīe foꝝ pambu
laret. apparuit ei dominus dicens
Quid cōparare vis iuuenis. Cui ille
dominꝰ meꝰ miſit me vt cōducam
ſeruos in architectoria arte erudi
tos vt romano ope ſibi palaciuꝫ
cōſtruatur. Tūc domiꝰ tradidit ei
thomā aſſerens eū in tali arte plu
rimū peritū: ⁊ ſic obediens fuit ⁊
nauigauit verſus indiam. Scdm
qđ debet habere ſeruꝰ xp̄i eſt mun
dicia. principes enī terreni nolūt
habere immundos famulos. ꝙ̄to
magis rex celeſtis vult habē mū
dos ſeruos: q ipſe dicit per pſal.
Ambulans in via īmaculata hic
mihi miniſtrabit. zacharias ait
Luc. p̄. Seruiamus illi in ſanctita
te ⁊ mūdicia. ſanctꝰ enī idē eſt ꝙ
mūdus. mūdicia enī facit hoiem
amicū dei. puer. xxij. Qui diligit
cordis mūdiciā amicū hēbit regē
.ſ. celeſtem. Quītum autē btūs tho.
mūdiciā dilexit patꝫ in hoc ꝙ eam
etiā alijs ↄmēdauit. vnde legitur
Cumqꝫ nauigaſſet verſus indiā ve
nit in quādam ciuitatem in q̄ rex
filie ſue nuptias celebrauit ⁊ fecit
p̄conisari vt oēs intereſſe deberent
nupcijs alias regē offenderent. cō
tigit illuc abbanē ⁊ aplm introiē
thomas autē ſedēs ad menſam ci
bos gētilium tangere nolebat. ve
nit autē puella q̄dā hebrea fiſtu
lam manu gerēs vnūquēqꝫ laude
aliq̄ ↄmēdabat. videnſqꝫ aplm in
tellexit hūc eſſe hebreū eo ꝙ non
manducaēt: ſꝫ oculos ad celum fi
xos haberet. Cūqꝫ puella corā eo
canēret dicēs Vnꝰ eſt deus hebre
oꝝ qui creauit omnia ⁊ fundauit
maria. Apls hec eadē verba eam
rēpetere ſatagebat vidēs pincerna
ꝙ non māducaret neqꝫ biberet: ſꝫ
tm̄ oculos ad celum fixos haberꝫ
aplm dei in maxillaꝫ pcuſſit. Cui
apls. nō hinc ſurgā donec manꝰ
que me pcuſſit huc a canibꝰ affe
ratur. Hic igitur ad hauriendaꝫ
aquaꝫ abijt ⁊ leo ipſum occidit ⁊
ſanguinē eius bibit. lacerantibꝰ
autem canibꝰ eius corpus, vnus
niger canis manū eius dexteram
in mediū ↄuiuiū apportauit. quo
viſu oīs turba obſtupuit ⁊ puel
la dicta verba referēs pꝓiecta fiſtu
la ad pedes apli ſe pꝓiecit ⁊ ipſum
adorauit. Hmōi autē vlcōeꝫ factā
reprobat Augꝰ in libro cōtra fau
ſtū ⁊ aſſerit aliūde hoc fuiſſe inſer
tū. vnde ⁊ legēda hec quo ad plu
ra ſuſpecta hētur. poſſet tn̄ dici ꝙ
hoc nō animo impandi nec vindi
candi: ſꝫ modo p̄dicendi dictū eſt.
tunc apoſtolꝰ ad peticōem regis
ſponſum ⁊ ſpōſam bndixit. Da in
quiēs dn̄e adoleſcentulis hijs be
nedictōem tue dextre ⁊ in eoꝝ mē
tibꝰ ſemina ſemen vite. Abeūte au
tē apoſtolo in manibꝰ eoꝝ ramꝰ
palme plenꝰ fructibꝰ eſt inuentꝰ.
Comedentibꝰ ſponſo ⁊ ſpōſa de fru
ctu eius ambo obdormiunt ⁊ ſom
niū ſimile ambo cernūt. Videbatꝰ
enī eis ꝙ rex gēmatus eos ample
cteretur ⁊ diceret. apoſtolꝰ meus
bndixit vos vt vite eterne pꝛincipes
ſitis. Euigilantibꝰ ipſis ⁊ mutuo
ſibi ſomnia reuelantibꝰ apoſtolꝰ

ad eos ingredit̄ clauſis ianuis di
cens eis. Dn̄s meus ⁊ de⁹ me⁹ cui
ego ſeruio vob̄ mō apparuit ⁊ me
clauſis ianuis introduxit vt ſuper
vos bn̄dictio mea fructificet. vos
habetis adhuc virginitatē ⁊ mun
diciā que eſt regina omniū virtu
tum ⁊ fruct⁹ ꝑpetue ſalutis. ſoror
omniū angelorꝝ. poſſeſſio omniū
bonorꝝ. victoria libidinuꝫ. fidei tri
umph⁹. expugn̄atio demonū ⁊ eter
norꝝ ſecuritas gaudiorꝫ. De libi
dine autē corruptio gignit̄. de cor
rupcōe pollutio naſcit̄. de pollucō
ne reat⁹ oritur. de reatu cōfuſio ge
nerat̄. hec illo referēte duo angeli
apparuerūt dicētes illꝰ. nos ſumus
angeli ad cuſtodiā vobis deputa
ti ⁊ ſi apl̄i monita bn̄ ſeruaueritis
offerem⁹ deo ōnia vota veſtra. tūc
apl̄s eos baptiſauit: ⁊ in fide fide
lit̄ inſtruxit: ⁊ ipſi ābo in caſtitate
ꝑmāſerūt. Spōſa dicta eſt pelagia
⁊ ſacro velamine eſt ↄſecrata Spō
ſus nomīe dyoniſi⁹ illi ciuitati in
epm̄ ordinatur In hoc pꝫ ꝙ btūs
thomas mundiciā dilexit in eo ꝙ
eam tantū ↄmendauit Terciū qđ
debet in ſe hr̄e ſeru⁹ xp̄i eſt intelli
gētia vt ſit intelligēs. Aug̃. ad in
telligentiā ſpectat. ſpūaliū ⁊ diuina
rū ↄprehēſiones ⁊ ↄtēplacōnes in
telligere vel intelligentia ꝓprie eſt
ꝙ hō ꝑ iſta terrena que vidit ⁊ au
dit intelligat celeſtia q̄ non vidit
neq̧ audit. vn̄ paul⁹ ad Rō. p̄. In
uiſibilia dei a creatura mūdi ꝑ ea
q̄ facta ſunt ↄſpiciūtur. verbi grā
ſi hō videt claritatē aliquā in aliq̄
creatura ſicut in ſole ⁊ in ſtellis. ꝑ
hoc p̄t intelligere ꝙ creator q̄ hec
creauit multo clarior ſit Item ſi vi
det pulchritudinē in aliq̄ creatu
ra. ꝑ hoc pōt intelligere ꝙ creator
illarꝝ multo pulchrior ſit. ſi videt
ſapiam in ſerpente vel in formica
vel in gallo q̄ hꝫ ſciam diſtinguē
di horas noctis. ꝑ hoc p̄t intellige
re ꝙ creator eorū multo ſapiētior
ſit. vn̄ dicit̄ ſap. xiij. A magn̄tudie
ſpeciei ⁊ creaturē cognoſcibilit̄ p̄t
eorū creator videri. Job. xij. Interro
ga iumēta ⁊ docebūt te ⁊ volatilia
celi ⁊ indicabūt tibi. loq̄re terre et
rn̄debit tibi: ⁊ narrabunt tibi piſ
ces maris. Sꝫ q̄dā ſunt adeo groſ
ſi ⁊ hebetes in ſenſu ꝙ nūq̄ ſemel
de talib⁹ meditantur nec ↄtēplan
tur celeſtia: ſꝫ ſicut bruta aīalia
circa iſta terrena verſant̄. Hos re
ꝑhendit … in pſal. dicit. Nolite
fieri ſicu… ⁊ mulus in quib⁹
non eſt in… ctus Bern̄. Quo lux
obſcure c… dat oculos ceci vel
clauſos o… ita aīalis hō nō
ꝑcipit ea q… ūt Certe intelligen
tiā celeſtiū habuit btūs thomas
qui audiēāt a dn̄o In domo p̄ris
mei multe māſiones ſunt. Intelle
xit hoc de celeſti manſione vn̄ regi
petēti palacium in hoc exilio. con
ſtruxit ei eternū palacium in celo
Cum eniꝫ ad regem indie veniſſet
dicens ſe velle magnū palacium
conſtruere ⁊ cum rex ꝑ quodā ne
gocio exiret terrā Thomas dedit
omnē pecuniā pauperib⁹ ⁊ innu
merabilē populū ad fidē ↄuertit.
P⁹ bienniū cum rediēt rex ⁊ audi
ret hec. ſanctū thomā cū abbane

in ima detruſit carceris vt poſtmo
dū viuos excoriatos vltricibꝰ da
ret flāmis. Interea frat regis Gad
morit ⁊ ei ſepulchrū magnifice ꝑ
patur. quarto die qui mortuꝰ fue
rat reſurrexit ⁊ dixit. O frat ille ho
mo quē tu excoriare diſponebas
amicus eſt dei ⁊ angeli eiꝰ famulā
tur ei. qui me in paradiſum ducētes
quādam mihi oſtenderūt palaciū
ex auro ⁊ argēto ⁊ lapidibus p̄ci
oſis mirabiliter fabricatū. ⁊ cum
eius pulchritudinē admirarer di
xerūt mihi. hoc eſt palaciū qd fra
tri tuo thomas ꝯſtruxerat. Et cū
dicerem. vtinā ianitor eius eſſem
dixerūt michi. frat tuꝰ illo fecit ſe
indignū. ſi vis in illo manere roge
mus dn̄m vt te ſuſcitare dignetur
vt iſtud a fratre tuo poſſis emere
reddens ei pecuniā quā ſe eſtimat
pdidiſſe. Et cū reſurrexiſſet cucur
rit ad carcerem fratri ſuo poſtula
uit veniā. abiectiſq; vinculis aplm
rogare cepit vt veſtē p̄cioſam acci
pet. Cui apls. Ignoras ꝙ nichil
carnale nihil terrenū geſtiūt qui
cupiūt hīc in celeſtibꝰ ptātē. Egre
diente autē aplo de carcere occur
rit ei rex aduolutꝰ pedibꝰ eius: ve
niam poſtulabat. Tunc apls ait
Multū vobis deus ꝑſtitit vt ſecre
ta ſua vobis oſtenderet. Credite in
xp̄m ⁊ baptiſabimini vt eterni regni
participes ſitis. Dixit ei frater regis
vidi palaciū qd fratri meo feciſti
qd ꝯparare vellem. Cui apls hoc in
voluntate fratris tui eſt. cui rex il
lud erit meū ⁊ apls fabricet tibi
aliud. qd ſi nequiuerit michi ⁊ tibi

hoc vnū cōmune eſt. Rn̄dit apls
innumerabilia in celo ſūt palacia
ab inicio ſeculi ꝑparata q̄ fidei ⁊ pre
cio ⁊ elemoſinis cōparant. Diuitie
aūt veſtre ad illa vos antecedere pn̄t
ſequi vero oīno non pn̄t. poſt vnū
menſē fecit apls oēs homines illius
ꝓuincie ꝯgregari. quibꝰ ꝯgregatis
debiles ⁊ infirmos ſeorſū ſtare iuſ
ſit ⁊ ſup eos orauit. Cūq; qui docti
fuerant rn̄diſſent. Amen coruſca
tio de celo veniēs tam aplm q̄ cete
ros fere p horā mediā ſic pſtrauit
vt om̄s ſe putarent ictu fulguris
interiiſſe. Erigēs autē ſe apls di
xit. ſurgite qȝ dn̄s meꝰ ſicut fulgur
venit voſq; ſanauit. Erigētes autē
ſe oēs ſc̄tificati ſunt ⁊ deum ⁊ aplm
glorificauerunt ⁊ ſic multa milia
hoīm ad fidē ꝯuerti ⁊ tūc ad ſupi
orē indiā eſt ꝓfectꝰ. Quartū qd in
ſeruo dei debȝ eſſe eſt fidelitas Ma
th. xxiiii. Fidelis ſeruꝰ quē ꝯſtituit
dn̄s ſup familiā ſuā. ꝓuer. xii. q̄
fideliter agūt placēt deo. fidelitas
autē iſta cōſiſtit in hoc ꝙ ſibi ſoli
ſeruiat ⁊ nō diis alienis Luc. iiii.
⁊ Mat. iiii. Dn̄m deum tuū adorab
⁊ illi ſoli ſeruies. p. Re. vii. Prepa
te corda veſtra dn̄o deo ⁊ ſeruite il
li ſoli. nā dicit Mat. vi. Nemo p̄t
duobꝰ dn̄is ſeruire. ſ. deo ⁊ dyabo
lo. Sȝ btūs thomas ſoli deo ſerui
uit. illū ſolum adorauit, illū aliis
ſolū verū deum eſſe p̄dicauit. Naȝ
cū in india inferiori p̄dicaſſet ⁊ mlt
tos ꝯuertiſſet ſicut dictū eſt. pre
xit ad ſupiorē ⁊ ibi vnū eſſe ſolū
deū adorandū p̄dicauit ⁊ quādā
mulierē cecam illūinauit ⁊ ad fidē

cõuertit ⁊ macedoniã vxoreꝫ cariſij
cog̃ti regis baptiſauit ⁊ illa poſt
ea ↄdormiẽ cariſio noluit·q̃ iratꝰ
impetrauit a rege vt apl'm incarce
raret ⁊ rogauit regẽ vt mitteret re
ginã ad vxorẽ ſuam ↄuertẽdã Miſ
ſa autẽ regina cum eadẽ fideꝫ rece
pit Tũc ait rex ad cariſium·Vxor
mea debuit cõuertere tuã ⁊ tua ꝑ
uertit meã: ⁊ iratꝰ rex dixit ad tho
mã vt quid puertis vxores a viris
ſuis.Cui thõs cum tu ſis rex non
vis habere inq̃nata ſeruitia·q̃nto
magis deus vult vt ſibi in caſtita
te ſeruiat᷑·Tunc iuſſit rex afferri
laminas ardẽtes ⁊ fecit euꝫ rex nu
dis pedibus ſup eas ſtare·ꝓtinꝰ
nutu dei fons emanauit ⁊ eas exti
xit·Tũc iuſſit euꝫ mitti in fornacẽ
ardentẽ ꝑ noctẽ integram ⁊ die al
tera illeſus exiuit·Dixitqꝫ cariſius
ad regẽ·Fac eum ſacrificare dijs
noſtris vt ſic intret iram dei ſui·q̃
nũc eum iuuat tũc eum derelinq̃t·
Sup hoc thomas reſpõdit·Si ado
rauero deũ tuum·deꝰ meꝰ iraſceret᷑
deo tuo ⁊ nõ mihi·Si autẽ me ado
rante deũ tuum deꝰ meus nõ auer
tit eum ſacrificabo illi·Si autẽ tu
credis in eum·Rñdit rex adhuc d̃
pari loq̃ris·tunc apl'us p̃cepit de
moni hebraye qꝫ q̃cito corã ydo
lo gẽnua flecktẽt: cõminuẽt ydolũ
Flectens ergo apoſtolꝰ genua di
xit·Ecce adoro: ſꝫ non ydolũ iſtud·
adoro autẽ dñm meũ ihesum xp̃m
in cuius nomie p̃cipio tibi demõ·
vt ydolũ cõminuas ⁊ ſtatim qua
ſi cera liquefacta eſt·Tũc ſacerdo
tes ydoli clamare ceperũt ⁊ ponti
fex populi eleuans gladiũ tranſfi
xit apl'm·xp̃iani autẽ corpꝰ eius
ſepelierũt·poſtea autẽ impator aſ
ſirioꝝ noĩe alexãder tranſtulit cor
pus apl'i in edıſſam ciuitatẽ ⁊ in il
la ciuitate·neqꝫ iudeꝰ neqꝫ pagaꝰ
neqꝫ hereticus põt viuẽ·nec aliq̃s
tyrãnus vincere p̃t.

In natiuitate dñi   f·vij·

Puer natꝰ ẽ
nobis ⁊ filiꝰ datꝰ eſt
nob·yſa·ix·Hodie
dicitur nob boni ru
mores ⁊ oibus hijs qui xp̃m expe
ctauerũt in iſto aduẽtu ⁊ deſidera
uerũt ipſum videre ⁊ qui ſe prepa
uerũt ad ipſum recipienduꝫ·Ecce
eniꝫ in prima dñica aduentꝰ pete
bãt fideles aduentũ eius dicẽtes·
Veni dñe ⁊ noli tardare ⁊ rñſum
eſt eis Ecce dñs veniet de longinq̃
⁊ claritas eiꝰ replet orbem terrarũ
In ſeq̃nti dñica lectuꝫ eſt eis q̃uo
venturꝰ ſit ad iudiciũ ⁊ ſigna p̃ce
dẽtia·In t'cia dñica btũs paulꝰ vi
dẽs euꝫ appropinq̃re dicit·Gaude
te: qꝛ dñs ꝓpe eſt·heri ãt certiores
rumores dicti ſũt.Craſtina die erit
vob ſalꝰ: ſꝫ hodie certiſſimi rumo
res portant᷑ ꝑ nũciũ celeſtẽ dicẽte
Ecce euãgeliſo vob gaudiũ m̃gnũ
qđ erit õmi ꝑplo qꝛ natꝰ eſt nobis
ſaluator mũdi Illud aũt fuit gau
diũ magnũ ſm q̃druplicẽ diuiſio
neꝫ·Pⁱmo q̃tum ad altitudinẽ: qꝛ
vſqꝫ ad celũ aſcendit ⁊ deũ ⁊ ange
los letificauit vñ ãgeli tãto rumo

re ⁊ gaudio fuerūt repleti q̄ de celo
deſcenderūt ⁊ ſuum gaudiū retule
rūt paſtoribꝰ. Sicut homo plenꝰ
gaudio nō pt̄ ſe ſuſtinere: ſ; alijs
nūciat ⁊ reuelat. ſic angeli in xp̄i
natiuitate ſuū gaudiū non ſoli᷑ por
tare potuerūt: ſ; hoibꝰ nūciabant
Scd̄o fuit magnu; gaudiū q̄ tum
ad ꝓfundū: q᷑ in infernū penetra
uit ⁊ ſcō̄s q̄ in limbo erāt inenarra
bili gaudio impleuit. vn̄ Yſai. ix.
Habitantibus in regione vmbre
mortis lux orta eſt eis Tercio fuit
magnū gaudiū q̄ tu; ad longitu
dinē: q᷑ ſe extēdebat vſq; ad orien
tem vn̄ magi q̄ erant in oriēte tan
to fuerūt gaudio repleti q̄ ſua reg
na reliquerūt ⁊ ad pueꝝ ihēſū cu
currerūt. Extendebat̄ etia; vſq; ad
occidentē. vnde rome viſa eſt ima
go virgis circa ſolem ⁊ tanto gau
dio ceſar auguſtꝰ eſt ꝑfuſus q̄ ei
thura obtulit: ⁊ dn̄iꝰ vocari recu
ſauit. Quarto fuit magnū q̄ tum
ad latitudinē: q᷑ ꝑfudit totu; mū
dum: ⁊ ideo natiuitas huiꝰ pueri
fuit mg̃ne iocūditatis ⁊ vtilitatis
Et ideo eccā hodie in principio miſ
ſe exultās cantauit. Puer na. eſt
no. ſ; q̄lis puer. certe mirabil᷑. ho
norabilis. ⁊ amabil᷑. Mirabil᷑ fu
it in ſeipō. mirabil᷑ in matre. mira
bilis in celo. mirabil᷑ in t̄ra. mira
bil᷑ inter animalia. mirabil᷑ int̄ de
mones. mirabil᷑ in ſole ⁊ ōni crea
tura. Prio mirabil᷑ in ſeipō: q᷑ ho
die ꝯuenit mirabilit̄ deus ⁊ hō. Cō
uenit altꝰ ⁊ imus. antiquꝰ ⁊ iuue
nis. ꝑuus ⁊ magnꝰ. diues ⁊ paup
Hodie dico q̄ ꝯuenit altus ⁊ imꝰ

Ille eni; dn̄iꝰ altiſſimꝰ cuius alti
tudinē nullꝰ hoim nullꝰ angeloꝝ
nulla creatura attingere pōt. Ille
hodie factꝰ eſt ita infimꝰ ⁊ ita hūi
lis q̄ ſe ꝑmiſit locari in imo loco
.ſ. in p̄ſepio. Ceſar auguſtꝰ preſi
dens vniuerſo orbi. ſcire voluit q̄t
ꝓuincie. quot ciuitates. quot ca
ſtella. quot hoies i vniuerſo orbi
eſſent ⁊ vnde trahebāt origīem.
Statuit vt q̄libet ad ſuam ꝑgeret
ciuitatē ⁊ preſidi ꝓuincie denariū
argenteū traderet ⁊ ſe ſubditu; im
perio romano ꝓfiteretur. Joſeph
autē cum de genere dauid eſſet a
nazareth ꝓfectꝰ eſt volens cenſum
pro ſe: ⁊ beata virgine ſoluere. ꝓ
ceſſit in bethleem ⁊ oportebat bea
tam virgīem exire de hoſpicio ſuo
⁊ ire ad terrā alienā exiſtens gra
uida. ⁊ hoc fuit magnū ſignū hu
militatis Tunc enim oīs creatu
re querūt ꝯmodu; in partu. auis
.ſ. nidum. beſtia cauernā. quecūq;
mulier paup querit cōmodum in
partu. S; beata virgo nullum po
tuit h̄re hoſpicium neq; cōmodū
in ꝑtu filij ſui Cum autē veniſſent
bethleem: ⁊ q᷑ paupes erāt. ꝓpter
diuites qui ꝓpter eandē cauſa; ibi
dem venerāt nullū hoſpicium h̄re
poterāt. diuerterūt ergo in domu;
que erat in ꝯmuni tranſitu inter du
as domus opimentu; habens q̄d
diuerſoriū dicebat̄. ſb̄ quo ciues
ad loquendū diebꝰ ocij ſolebant
conuenire. vbi forte ioſeph preſe
pe boui ⁊ aſino fecerat. Vel ſcd̄m
opiniōem alioꝝ ibi p̄ſepe erat vt
ruſtici de rure venientes pecora ſua

illic locarent. In ipſa nocte media
die dñica. btã virgo maria peperit
filiũ ſuũ ꝛ in pſepio ſb̃ feno collo
cauit: q2 frig9 erat. Hodie ↄuenit
antiqu9 ꝛ iuuenis. Certe antiqu9
q2 a tempe formacõis a de vſq3 ad
natiuitatẽ xp̃i fluxerũt anni q̃nq3
milia nonaginti. ita antiqu9 fuit
ꝛ adhuc antiq̃or: q2 ante formati
onez ade de9 ab eterno ꝛ ſine pñci
pio fuit. Iſte puer antiq̃or matre
q̃ in. xiiij. ãno ↄcepit eum ꝛ. xv. pe
pit cuz. Ecce ille qui ita antiqu9 fu
it fact9 eſt hodie puer iuueĩs vni
us diei: ꝛ poſit9 eſt in pſepio ꝛ fle
bat in ſinu matris ꝛ ridebat corã
angelis in cel. Hodie etiã ↄuenit
magn9 ꝛ pu9. vñ bene dicit. Celũ
ꝛ terrã ego impleo. qui ita mag
nus eſt q2 eſt ſub t̃ra. in terra. cir
ca terram. ꝛ totuz mũdum ſeruat
ſua manu quez tot9 mũdus cape
non p̃t. ſicut cantat ecc̃ã. Ita pu9
factus eſt hodie ꝛ collocat9 eſt in
duob9 paruis locis. ſ. in ſinu ma
tris ꝛ in pſepio. O quale gaudiũ
habuit maria q̃n xp̃m peperit. tũc
enĩ alloq̃batur eũ verbis dulciſſi
mis ſm Amb. Tu de9 meus. tu cre
ator me9. tu ſaluator me9: ꝛ iõ q2
es de9 me9 te adoro tanq̃ deũ meuz
ꝛ ponẽs eũ in pſepio. ip̃m quẽ ge
nuit adorauit p̃cidẽs ſup terraz ꝛ
reiterãs verba accipiẽs euz de pſe
pio ponẽs eũ i ſinũ deoſcl̃abat eũ
dicẽs Tu dulcis me9 fili9. tu prin
ceps me9 ꝛ ſicut m̃res ſolent facẽ
ꝛ dicere dilectis filijs ſuis. Hodie
etiã ↄuenit diues ꝛ paup ſil. vnde
apl̃s. ij. Corin. viij. Qui cũ diues
eẽt p nob egenus factus eſt vt p
ei9 inopiã diuites eẽm9: q2 in ma
nu e9 ſunt oẽs theſauri. Et hoc p3
q2 dat eis cui vult. q̃tũ vult: ꝛ q̃n
vult. Pauptas e9 hodie apparuit
q̃n eũ peperit: q2 cuſſinuz hĩe nõ po
tuit q8 capiti ſuo ſuppone potuit
nec etiã hũit de q̃ hoſpiciũ ↄueiret
Ip̃m puez etiã in vilib9 pãnis in
uoluit: ꝛ hoc fecit vt paupertas a
nob pl9 diligeret ꝛ ſua pauptate
nos diuites faceret ꝛ vt ↄſolatorẽ
paupez ſe eſſe mõſtraret

De ſancto ſtepho. F. viij.

Ntendẽs in celũ vi
dit gl̃am dei Act. vij. Poſt aſcẽſiõez
dñi apoſtolis p̃dicãtib9 fidẽ auge
batur nũs xp̃ianoz. multi ei ven
ditis oĩb9 que habebãt ponebãt
p̃ciũ ãte pedes apl̃oz ꝛ de cõi om
nes viuebant ꝛ vidue ↄuerſe p̃te
erant cibarijs ꝛ miniſtrabãt eis
i mẽſa ſ factũ eſt murmur int̃ eas
q2 q̃dam eaz ↄuerſe ex gentib3 ꝛ
q̃dam ex iudeis nõ poterant bñ ↄ
cordare. q8 audiẽtes apl̃i ↄuoca
ta multitudine dixerunt. Non eſt
equũ nos relinq̃re verbũ dei ꝛ mi
niſtrare mẽſis. Cõſiderate g̊ viros
frẽs ex vobis boni teſtionij ſeptẽ
plenos ſpũſcõ q̊s ↄſtituam9 ſup
hoc op9. nos vero p̃dicacõi vaca
bim9. placuit hoc oĩbus ꝛ ↄſtitue
rũt ſeptez dyaconos q̃z btũs ſte
phan9 ſanctior ꝛ maior extitit. ſte
phan9 autẽ plen9 gr̃a ꝛ fortitudi
ne faciebat ſig̃a ꝛ p̃digia multa in

populo. Qđ audientes iudei surre
xerūt cōtra eum ⁊ diſputabāt cū
eo ⁊ non poterāt reſiſtere ſpiritui
oris eius qui loquebať p os eius
Cumq̄ȝ diſputacōe vincere eū non
poterāt. duxerūt eum ante cōſiliū
adducentes ꝯtra eū falſos teſtes
qui accuſauerūt eum in quatuoꝛ
.ſ. ꝙ locutus fuiſſet blaſphemiaȝ
contra deum. cōtra moyſen. cōtra
legem ⁊ cōtra templū. De ōmibus
hiis excuſauit ſe: ⁊ de primo dixit
ꝙ non eſſet locutꝰ blaſphemiam
nec ꝯtra deum: qꝛ dominꝰ eorū eſſet
rex glorie ⁊ glo[r]ioſus dn̄s ⁊ digne
glorificādus De ſcd̄o dixit ꝙ non
eſſet locutꝰ ꝯtra moyſen. naȝ mo
yſes fuit vir diligēs deuȝ ⁊ famili
aris erat deo ⁊ cum ipſo loquēs ⁊
vir potens in miraculis faciēdis
in deſerto. De tercō dixit ꝙ non eſ
ſet locutus cōtra legem: qꝛ deus ꝑ
ſonaliter dedit illaȝ. De quarto di
xit ꝙ nō vituparet templū: quia
hoc deus pſonaliter fieri p̄cepat.
Cūq̄ȝ hec loqueretᷣ apparuit facies
eꝰ pulchra ⁊ clara tanq̄ꝫ facies an
geli. Tūc increpauit eos dicens.
Dure ceruicis eſtis vos ⁊ ſpūiſan
cto ſemp reſtitiſtis. ſicut ⁊ patres
veſtri ſic ⁊ vos. Quem enī ꝓphetaꝝ
nō ſunt pſecuti patres veſtri. ⁊ oēs
illos occiderūt qui ꝓphetabant de
aduentu xp̄i: ⁊ vos ideo ꝓditores
eſtis ⁊ homicide. legem enī dei acci
pitis ⁊ nō cuſtoditis. Audientibꝰ
autē hoc diſſecabātᷣ cordibꝰ ſuis
⁊ ſtridebāt dentibus in eum. Ste
phanꝰ autē plenus ſpūſancto in
tendēs in celuȝ vidit gloriā dei ocu

lis ſpūalibus ⁊ non carnalibꝰ: ⁊
ihesum ſtantē a dextris dei ⁊ dixit
Ecce video celos apertos ⁊ filiū ho
minis ſtantē a dextris virtutis dei
Exclamabāt autem oīs voce ma
gna. ꝯtinuerūt aures ſuas ⁊ eici
entes eū extra ciuitatē lapidabāt
eum. Et teſtes qui eū lapidabant
poſuerūt veſtimēta ſua ſecus pedes
adoleſcētis q̄ vocabatᷣ ſaulus ⁊ la
pidabant ſtephanū inuocantē ⁊
dicentē. Dn̄e ihesu accipe ſpiritum
meū. Poſitis autem genibꝰ excla
mauit voce magna. Dn̄e ihesu xp̄e
ne ſtatuas illis hoc pctm̄: qꝛ neſci
unt q̄d faciūt. Et cum hec dixiſſet
obdoꝛmiuit in dn̄o. Intendens er
go in celū ⁊c̄. Notandū autē ꝙ be
atus ſtephanꝰ intendebat in celū
tripliciť. ſic ⁊ nos etiā eius exem
pla ſequi debemꝰ. Primo intende
bat in celū tanq̄ꝫ in locum vbi the
ſaurū ſuuȝ poſuerat. Scd̄o intende
bat in celū tanq̄ꝫ in regnū in quo
adiutoriū expectabat. Tercio in
tendebat in celū tanq̄ꝫ in ciuitateȝ
quaȝ ꝑpetue inhabitare debebat.
Primo dico ꝙ btūs ſtephanꝰ in
tendebat in celū tanq̄ꝫ in locū vbi
theſaurū ſuū depoſuerat. Ipſe enī
theſaurū ſuū nō collocauit in hoc
ſeculo trāſitorio: ſꝫ in celo ꝑpetuo
ſcđm cōſilium xp̄i qui dicit Math.
vi. Nolite theſauriſare vobis the
ſauros in terra vbi erugo ⁊ tinea
demolitur ⁊ vbi fures effodiunt ⁊
furātur. Theſauriſate autē vobis
theſauꝝ in celo vbi nec erugo nec
tinea demolitur ⁊ vbi nec fures ef
fodiunt nec furantur. Iſtum the

ſaũrũ in celũ mittimus qñ theſau
rum ⁊ elemoſinã paupibꝰ eroga
mus. vnde Mat. xix. Venit ad ihe
ſum adoleſcens q̃daʒ dicẽs ei. ma
giſter bone qd faciã vt hẽam vitã
eternã. Cui dñs. Si vis eſſe pfectꝰ
vade ⁊ vende õnia que habes ⁊ da
paupibus ⁊ habebis theſaurũ in
celo. Exemplũ. ep̃us quidam p̄di
cauit hoc euãgeliuʒ ſemel. Quicũ
qꝫ ppter nomẽ meuʒ. ⁊c. centuplũ
accipiet ⁊ vitam eternã poſſidebit
Qđ audiens quidam ſaracenꝰ di
xit ad ep̃m. ſi ad ſupra dictũ tuuʒ
cautiõem feceris fidelem õnia mea
paupibꝰ diſtribuam ⁊ fidem reci
piam. Ep̃s autem cõſtituit ſibi fi
deiuſſoreʒ ⁊ ſaracenꝰ baptiſatur ⁊
oĩa bona ſua paupibꝰ diſtribuit
Tandẽ ſaracenus morit̃ ⁊ vocauit
ep̃um ⁊ ait ei. Recordare pacti qđ
promiſiſti mihi: ⁊ ſi pecunia mea
poſt mortem nõ centuplicetur tan
tam pecuniã filijs meis reſtitues.
Reſpondit ep̃s dominꝰ iheſus xp̃s
implere dignet̃ quod pmiſi. alio
quin faciam qđ dixi. Mortuo pa
tre ceperũt pecuniam recupar̃e filij
Et ep̃s ſe in oracõnem ponẽs mo
nitus a deo fecit ſepulchrũ aperiri
p̃ſentibꝰ filijs ⁊ inuenit in manu
defuncti litterã ſcriptaʒ aureis lit
teris cõtinẽtem. Jam recepi centu
plum qđ epiſcopꝰ mihi pmiſerat
⁊ vitam eternaʒ poſſideo. Sic ergo
exemplo huiꝰ viri ⁊ beati ſtepha
ni debemꝰ theſaurũ noſtrũ ponere
in celum hoc eſt in tutũ locũ. vnde
dixit beata lucia ad paſchaſium
qñdo queſiuit de patrimonio ſuo
qđ dedit pauperibꝰ. patrimoniũ
meum in tuto loco cõſtitui. Et etiã
beatus laurenciꝰ dixit ad decium.
Theſauros quos requiris manꝰ
pauperuʒ deportauerũt in celeſtes
theſauros. vnde dicit̃. Math. vi.
Vbi theſaurus tuꝰ eſt ibi ⁊ cor tu
um erit. Sed heu plures ſunt qui
ſibi ſtudẽt theſauriſare theſauruʒ
in terra. De quo dicit̃ puerb. xxv
iij. Qui feſtinat ditari non erit in
nocẽs ⁊ ſine peccato. Sicut enĩ ſpi
ne vix tanguntur ſine leſione ma
nus: ⁊ lutuʒ tangitur vix ſine inq̃
natiõe. ſic theſaurꝰ vix colligitur
ſine leſione cõſcientie. Dominꝰ au
tem vocat diuitias ſpinas apoſto
lus autẽ ſtercora. Qui autẽ theſau
riſant in terra ⁊ nõ in celo magis
habẽt cor inquinatũ ad terrena ſi
cut dictũ eſt. vbi eſt theſaurꝰ ⁊c.
Sicut patet in vno diuite. Lu. xij.
Qui dixit anima mea habes mul
ta bona cõſtituta in ãnos plurimos
requieſce. epulare. comede. bibe. ⁊
dixit ei dominꝰ. Stulte hac nocte
recipient a te demones animaʒ tu
am ⁊ cuius tunc erunt que cõgre
gaſti. vnde baruch. iij. Vbi ſunt
qui argentũ ⁊ aurũ theſauriſant
in quo omnes homines cõfidunt
qui ad inferos deſcenderunt. Exem
plum quidã vſurariꝰ habebat du
os filios quorũ vnꝰ relicto patre
⁊ fratre ⁊ õnibꝰ que hẽbat eremũ
intrauit volens autẽ theſaurũ ſuũ
in celũ collocare. Aliꝰ aũt manens
cũ patre volens in t̃ra theſauriſar̃e
Accidit autẽ pcedente tẽpe vt am
bo morerentur. Qđ audiẽs eremi

ta. rogauit deū vt ſibi de eoꝝ ſta
tu vellet reuelare. Rapitᷣ igitᷣ ⁊ ab
angelo in infernū ducitᷣ ⁊ ibi eos
minime inuenit. Et vltimo aperto
quodaꝫ puteo exierūt cum flāma
pr̄ ⁊ filiꝰ ad inuiceꝫ tanꝙ̄ canes in
ſani mordētes ⁊ mutuo ſibi male
dicētes. Et pr̄ dixit filio maledictus
ſis tu fili: quia ꝓpter te vſuras cōgre
gaui. Et filius econtra dixit patri.
Maledictꝰ ſis tu pater: quia ꝓpter tu
am vſurā ſum dāpnatus: ⁊ ſic inui
cem mordētes ⁊ maledicētes econ
tra in puteū ſunt reuerſi. Eremita
autē ad ſe reuerſus vitam ſuaꝫ in bo
no finiuit. Scḋo btūs ſtephanus
intēdebat in celū tanꝙ̄ in locū vel
in regnum in quo adiutoriū expe
ctaret vel auxiliū in tribulacōe. quia
in ōni tribulatiōe noſtra debemꝰ
auxiliū a deo petere. Ps. Auxiliū
meū a domino qui fecit celū ⁊ terrā
Bern. Quātumcūqꝫ ſeuiat tribula
tio nō putes te derelictū a deo: ſed
memineris eſſe ſcriptū. Cū ipō ſū
in tribulatiōe. vnde dixit rex ioſa
phat in paralīs. Tpe tribulacōis
⁊ cū in nobis virtꝰ non ſit ⁊ igno
ramꝰ quid agere debeamꝰ. hoc ſoluꝫ
reſiduo habeꝰ vt oculos noſtros
ad deū dirigamꝰ. ps. Iuxta eſt do
minꝰ hijs qui tribulato ſūt corde
quod patet Daniel. iij. vbi vidit na
buchodonoſor in fornace cū tribꝰ
pueris. quartum ſimileꝫ filio dei. ps.
Nolite ergo ſperare in principibꝫ
neqꝫ in filijs hominū in quibꝰ non
eſt ſalus. Sed ſperate in domino et
petite auxiliū ab eo. Exemplū legi
tur de quodā milite qui multo tē
pe ſeruierat cuidā principi. cum
grauitᷣ infirmaretᷣ ⁊ aſtaret ei prī
ceps ⁊ diceret quod multū cōdoleret ei
⁊ quod peteret ab eo quodcunqꝫ vellet.
Rn̄dit eger. quod ꝓ ōni ſuo ſeruicio ip
ſū ab illa infirmitate liberaret: vel
ſaltē ei inducias ad aliquod tempꝰ
impetraret. Ille autē princeps di
xit quod hoc nullꝰ facere poſſet niſi ſo
lus deꝰ. Et dixit eger. Et ego illi ſo
li qui ſolus pōt iuuare ꝓmitto ſi me
liberauerit ei in ꝑpetuū ſeruiā ⁊ ſic
factū eſt. Tercio btūs ſtephanus
intēdebat in celū. tanꝙ̄ in ciuitatē
quā ꝑpetue inhabitare deſideratꝫ
vnde apl̄s Heb. xiij. Non enī hic
habemꝰ manenteꝫ ciuitatē ſiue lo
cū: ſꝫ illam inquiramꝰ. Ad quā ꝑdu
cat nos dn̄s noſter

De eodem. F. ix.

Stephanꝰ ple
nus grā ⁊ fortitudīe facie
bat ſigna populo Act. vi. Hodie
ſancta eccā recolit pugnā militis
ſui btī ſtephani. Iſte enī eſt ſigni
fer omniū martiꝝ: quia pꝰ aſcenſio
nem dn̄i primꝰ ꝑ violentiā marti
rij celū intrauit quod erat in eo mlᵗ
tū glorioſū. Cum enī caſtꝝ aliquod
impugnatᷣ non eſt multū lauda
bilis qui intrat poſtꝙ̄ maior pars ex
ercitꝰ intrauit. Sꝫ ille valde glorio
ſus habetᷣ qui primꝰ: vel ſecūdus
intrat ⁊ ſic fecit btūs ſtephanꝰ: ⁊
ideo merito cōmēdatur hodie dicē
do. plenꝰ gratia ⁊ fortitudine. In quī
bꝰ verbis notare poſſumꝰ occaſio

2º palipomenō [illegible] ut poſſ [illegible] reſiſtē [illegible] ut oclos noſ. ad d. [illegible]

nẽm beati ſtephani. Circa paſſiõꝫ
eius notandũ eſt. ꝙ dyabolus tri
plici modo conat̃ ſanctos ſupare.
Aliqñ in pſperis vt alliciat ſicut in
diuicijs ⁊ honoribus. Aliquãdo in
aduerſis vt frangat ſicut fecit be
ato iob. Aliqñdo in aſtucijs vt de
cipiat. ſicut decipit euam ⁊ ideo di
citur. mille artifex: q̃ mille artib9
decepit hominẽ. Iſto triplici modo
dyabol9 beatum ſtephanũ decipe
voluit: ſ; non potuit: quia anim9
eius aliquib9 proſperis allici non
potuit: quia nec honoribus nec di
uicijs. Fuit quidem in magno ho
nore quia dyacon9 ordinatus fuit
ab apl'is. fuit etiã tempaliũ ãmi
niſtrator: q̃ prefectus erat. tamẽ
in tantis pſperis non potuit ſedu
ci ad pctm̃ vel ad ſtatum malum
Secũdo dyabolus non potuit eum
decipe p aſtuciã: vel p falſa; ſapi
entiã hominũ. Surrexerũt q̇dam
de ſynagoga diſputantes cum ſte
phano inuidẽtes eni ei ꝙ apoſto
li eum pfecerãt iudeis ⁊ eum ↄuin
cere cupientes triplici modo ipſu;
aggreſſi ſunt. ſ. diſputacõe. teſtiũ
productõe: ⁊ illacõe tormentoꝝ.
S; tñ ipſe ſupauit diſputacões
⁊ cõuicit teſtes ⁊ de ſuis tortorib9
triũphauit. In qualibet autẽ pu
gna adiutorium ſibi a deo de celo
datum eſt. In prima datus eſt ei
ſpũſſanctus. ſ. qui facũdiam mini
ſtrauit. In ſecũda datus eſt ei an
gelicus vultus qui falſos teſtes
terreret. In tercia viſus eſt xp̃us
eũ iuuãe vnde dicitur. Nõ poterãt
reſiſtere ſapiẽ ⁊ ſpiritui qui loque
batur p beatũ ſtephanũ. Math.
x. Nõ enim vos eſtis qui loq̃mini
ſed ſpũs patris veſtri qui loq̃tur
in vobis. Tercio conatus eſt dya
bolus eum vincere p aduerſa ⁊ p
ſupplicia ⁊ tormẽta inducens iude
os ad hoc vt ipm̃ occiderẽt ⁊ lapi
darent. vñ cum beat9 ſtephan9 de
õib9 ſe que ſibi teſtes falſi obie
cerũt excuſaſſet ⁊ eos oĩs argue
ret. ſtridebãt dentib9 in eu; ⁊ eiici
entes eũ extrã ciuitatẽ lapidabãt
eũ: ſ; eum vincere non potuerũt q̃
habuit in certamine ſuo qnq; ad
iutores a deo. Q; autẽ miles vinci
non põt facit hoc ꝙ aliquando h;
grandẽ exercitum: q̃ vidit regem
ante ſe dimicanteꝫ fortiter. Aliqñ
grãde ſpectaculũ: quia forte ſcit to
tam ciuitatẽ ipſum ſpectantẽ ⁊ cõ
ſiderantẽ. Aut quãdo habet gran
de pmiu;: q̃ ſcit ſe coronari ſi vice
rit ⁊ decapitari ſi ſucubuerit. Aliqñ
grande auxiliũ: q̃ ſcit iuxta ſe pu
gilem fortiſſimũ in ſuu; adiutori
um pparatũ. Aut aliquãdo forte
caſtrum habet ad qd qñ vult põt
refugere ⁊ ab hoſtibus tutus eſſe
Iſta quinq; beatus ſtephan9 ha
buit. Primo igitur habuit mag
num exercitu; quãdo ipſum xp̃m
rege; a dextris vidit qui tam forti
ter dimicauit vbi dicit Glõ. Ne ho
mo lapidat9 dubitet in terra. de9
homo apparet crucifixus in celo ſi
ue in gloria. De hoc exẽplo petrus
ait. p̃. petri. ij. Chriſt9 paſſus eſt
pro nobis vobis relinquẽs exem
plum vt ſequamini veſtigia eius.
Secundo habuit grande ſpectacu

lum qd̄ notatur p hoc qd̄ dicit᷑: ꝗꝛ
vidit celos ap̄tos. aperte namq̄ꝫ
vidit ꝙ rex glorie ⁊ tota curia cele
stis stetit videre milite᷑ dimicātem
Illud spectaculū nos attendere de
bemus: ꝗꝛ nos aspicit xp̄s. ange
li ⁊ oēs sancti ei⁹. sicut dicit apo
stol⁹. p̄. Cor̄. iiij. Spectaculuꝫ facti
sum⁹ mūdo angelis ⁊ hominibus
Tercio habuit corā se regē oppo
sitū. grande p̄mium pmittēdo. qd̄
notat᷑ cum dicitur. Gloriā dei. Nā
sicut gregori⁹ dicit. Cōsideratio p̄
mij minuit flagella. Nos etiam in
tribulacōne positi cōsiderare debe
mus ꝙ nobis celeste p̄miuꝫ appo
nitur qd̄ debetur vincentibus ⁊ in
fernale suppliciū debetur succūben
tibus: ⁊ ꝗꝛ apposui tibi aquā ⁊ ig
nē ad qd̄ volueris appone manū
tuā. Quarto habuit grande auxili
um. s. xp̄um adiuuare paratū. qd̄
notat᷑ cum dicitur. Et ihesū stantē
a dextris v̄tutis dei. vbi dicit glō.
ꝙ stare pugnātis est causa adiu
uandi. Recte stare a dextris vidit
queꝫ inter persecutores habuit ad
iutorē. Nos etiā in tribulatiōe po
siti considerare debem⁹ ꝙ non soli
pugnam⁹: ſꝫ deus p nobis. vnde
Ps̄. Cum ipso sum in tribulacōe
Hoc etiā figuratū habem⁹ Exo. x.
iiij. vbi legit᷑ ꝙ cū filij isrl̄ egressi
fuissent de terra egypti ⁊ venissent ad
mare rubrū ⁊ vidissent egyptios
p⁹ se insequētes. clamauerunt ad
moysen dicētes. Nūquid nō erāt
nobis sepulchra in egipto ꝙ nos
eduxisti vt hic interficiamur gla
dio⸗ Quib⁹ rñdit moyses. nolite
timere dn̄s ei pugnabit p nobis
⁊ vos tacebitis ⁊ stati pcussit ma
re virga ⁊ diuisum est ⁊ sicco pede
trāsierūt. quos cū insequerentur.
egipcij submersi sūt. Glō. p filios
israhel nos xp̄iani significamur.
cum volum⁹ fugere de egipto. i. de
malo statu vite vel d̄ tenebris pec
catorū. tūc insequit᷑ nos pharao
i. dyabolus cuꝫ suo exercitu. Sed
cuꝫ iam videtur nobis ꝙ nō possu
mus ei resistere. tūc moyses. i. pre
dicator dicit nobis. Nolite timē:
ꝗꝛ deus p nobis pugnabit hostes
in mari. i. in inferno submergēdo:
⁊ nos in terraꝫ pmissionis. s. in re
gnū celoruꝫ introducimur. Tota
etiam curia celestis nos adiuuat
pugnādo p nobis vnde Ps̄. Leua
ui oculos meos in mōtes vnde ve
niet ⁊c̄. Hoc etiaꝫ figuratū habem⁹
iiij. Re. vi. vbi legitur ꝙ cum q̄dā
rex obsedisset vnaꝫ ciuitatem in q̄
heliseus ppheta erat qui habebat
vnuꝫ puerū qui sibi seruiebat. q̄
cum vidisset exercitū magnū ante
cedentē. dixit. ve nobis domine. Cui
respondit ppheta. Noli timere. plu
res eniꝫ nobiscū sunt q̄ꝫ cum illis.
Et apuit domin⁹ oculos pueri ⁊ vi
dit montē plenū exercitu celestis
curie qui sedebāt sup igneos eq̄s
⁊ currus quos miserāt domi⁹ in ad
iutoriū populo suo. Quīto habuit
forte ⁊ grande refugiū. s. ipsum ce
lum qd̄ vidit apertum ⁊ ad qd̄ debe
bat refugere: ⁊ ab hostib⁹ esse tu
tus ⁊c̄. ⁊ sic patet primū. Secūdo
btūs lucas describit passiōis sue
occasiōem que quideꝫ fuit ex eo ꝙ

veritatem p̄dicauit: ꝗ quia vicia rep̄
hēdebat/ ꝗ multa miracula facie
bat· non tm̄ ſigna fecit in vita: ſed
etiā multa fecit poſt mortē· Quoꝝ
quedā oſtendebāt qm̄ ipſe fuit miſe
ricordie· q̄daꝫ q̄ ipſe fuit potentie: ꝗ
quedam q̄ ipſe fuit reuerentie· Fecit
enim quedā miracula que oſtēde
bant ſuā miſericordiaꝫ· quia in mul
tis tribulationib9 ſubuenit miſeri
corditer· ſicut pꝫ in fratre ꝗ ſorore
qui propter peccatū qđ ꝯmiſerant in
matre tremorē membroꝝ incurre
runt· de quo refert· Aug9· Erat
quedā nobilis dn̄a que habebat
decem filios quorū ſeptē erāt ma
res ꝗ tres femelle· quadā vice cum
mater ab eis offenderetur maledi
ctōem p̄catur· ſubito omēs tremo
re mēbroꝝ ſunt percuſſi· qui ciuiū
ſuorū oculos non ferentes p totū
mūdum vagari ceperūt· quorum
duo· ſ· frater ꝗ ſoror dū yppone ec
cleſiā btī ſtephani intrarent· mul
tis p̄cib9 ambo ꝯſecuti ſunt ſanita
tem· Pietas ſua in hoc apparuit quia
etiā p ſuis lapidatorib9 flexis ge
nib9 orauit: ſꝫ p ſe orauit ſtando·
Scđo fecit quedam miracula que
oñdebant ſuam potētiaꝫ· Ipſe eīm
habuit poſſe ſup īſenſibilia ſicut
ſup celuꝫ qđ ſuis meritis apertū eſt
in ſua paſſiōe· Item ſup terrā qñ
in inuentōe ſui corpis fecit eaꝫ tre
mere· Itē ſup aerem: quia cū ſiccitas
magna eſſet tūc multa pluuia de
ſcendit de aere ſuis meritis· Itē ſu
p aquā: quia ſicut legiť in tranſlatō
ne ſui corpis· Alexāder ſenator cū
vxore ſua adijt iheroſolimā ꝗ btō

ſtephano oratoriuꝫ cōſtruxit· ac
p9 obitū ſuum iuxta eius corp9 ſe
fecit ſepeliri· Euolutis ſepteꝫ ānis
Iuliana vxor ſua in patriā ſuaꝫ vo
lens redieē corpus viri ſui volens ſe
cum ferre qđ cum ab epō multis
p̄cibus poſtulaſſet· Epūs loculos
argēteos ptulit dicens Neſcio q̄s
ex iſtis loculis ſit viri tui· Et ipſa
ait· Ego ſcio ꝗ impetū fecit· ample
xata eſt corp9 beati ſtephani· Sic
ergo cū putauit accipe corpus vi
ri ſui recepit ex caſu corp9 beati ſte
phani· Cum autē nauim intraſſꝫ
cum corpe· ymni ſuſcitanť angeli
ci: ꝗ clamabāt demones: ꝗ ſuſcita
uerūt tempeſtatē dicentes Ve no
bis: quia ſtephan9 nos diro vulnere
verberat Cum autē naute naufra
gium timerent inuocabāt beatuꝫ
ſtephanū ꝗ cōtinuo apparuit eis
dicens· Ego ſū nolite timere: ꝗ ſta
tim trāquillitas facta eſt· Iteꝫ ha
buit poteſtatē ſuper corpa langui
da: quia in inuentiōe ſui ſanctiſſimi
corpis· lx· homines a ſuis languo
rib9 ſanati ſunt· Itē poteſtatē ha
buit ſup demones· ſicuť patꝫ in fi
lia Theodoſij obſeſſa de qua eiecit
demonē· nec mirū ſi reliquie eius
ſunt tante ptātis cum etiaꝫ res in
ſenſibiles in ei9 nomine inueniāť
fuiſſe magne virtutis· ſicut panni ꝗ
flores· Nam ſicut dicit· Aug9· Cuꝫ
quedā mulier eſſet defuncta: tunī
cam beati ſtephani ſuper corp9 de
functe poſuerunt ptin9 ſana ſurre
xit· Flores etiā que ſup altaē bea
ti ſtephani erāt poſiti ꝗ inde abla
ti ꝗ ſup oculos cuiuſdaꝫ mulieris

cecě impoſiti ſtatim que fuerat ce
cavi ſum recepit. Tercio fecit que
dam miracula que oſtendebãt ꝙ
te fuit reuerentie. Eius namq̧ cor
pus in reuerentia ipſe deꝰ habuit
angeli. apli ꝛ etiã ſpiritus malig
ni ꝛ etiã mortui. Deꝰ quidem in re
uerentia habuit eius corpꝰ: qꝛ cũ
in vili loco iacuit. deꝰ ipſum mani
feſtauit ꝛ in mõte ſyon ſepeliri fe
cit. Itẽ angeli ipſum in reuerentia
habuerũt. Nam cum eius corpꝰ p
mare ↄſtantinopolim duceret. an
geli celeſtẽ melodiã ſup ip̃m can
tare auditi ſunt. Poſtmodũ vero
cum de ↄſtãtinopoli romam eſſet
trãſlatũ. vox angelica audita eſt.
O felix roma q̃ corpꝰ laurencij hiſ
pani. ꝛ ſtephani iheroſolimitani
in vno claudis mauſeolo. Itẽ ip̃m
in reuerentia habuerunt apli. De
mon enĩ clamauit per filiam theo
doſij dicẽs. niſi ſtephanꝰ romaȝ ve
niat non exibo. qꝛ ſic eſt voluntas
aploꝝ. Itẽ in reuerentia euȝ habu
erũt ſpũs maligni. Nam enĩ ſan
ctitatẽ ↄfitebãtur cum corpꝰ eius
conſtãtinopolim deferebat̃ demo
nes clamabãt. ſeruꝰ dei queȝ lapi
dabãt iudei venit. Cũ etiam corpꝰ
eiꝰ primo romã veniſſet in eccã be
ati petri ipſuȝ reponere vellent. de
mon q̃ de filia theodoſij exiuit cla
mauit dicẽs. fruſtra laboratis hic
qꝛ apꝰ frẽm ſuum laurentiuȝ ſibi
ſedẽ elegit. Ip̃m etiã in reuerentia
habuerũt mortui. Nã cũ ſepulcrũ
btĩ laurencij fuiſſet aptũ mox lau
rentiꝰ in latus ſe ↄuertit ꝛ me diũ
ſepulchꝝ beato ſtephano reliq̃t.

Et ideo nos ip̃m honorare debemꝰ
qꝛ nos iuuare p̃t in omnibꝰ neccita
tibus. p̃ſtante domino noſtro.

De ſancto iohãne euãgeliſta. Sermo. x.

QVi timet deũ
facit bõ. Eccĩ. xv. ſ. timore
filiali. q. d. Qui vult facere bona de
bet ea facere in amore filiali ꝛ tũc
erũt domino accepta. Sciendũ au
tem eſt ꝙ multiplex eſt timor. ſcȝ
naturalis. hũanus. mũdanꝰ. ſer
uilis. inicialis ꝛ filialis. Horũ au
tem timorũ alius bonus. alius ma
lus. Aliꝰ nec bonus nec malꝰ. Ali
us quo ad aliq̃d bonus ꝛ quo ad
aliq̃d malus. Timor naturalis eſt
quãdo aliquis naturaliter timet
mortem vel aliqd nociuũ nature.
Hũc timorẽ habet quilibet homo
ſiue bonꝰ ſiue malus: qꝛ naturale
eſt hominẽ timere mortẽ. Et talis
timor non eſt bonus neq̧ malus:
qꝛ p talem timorẽ neq̧ homo me
retur gloriã neq̧ penã. Hũc timo
reȝ habuit xp̃s ſm eius humani
tatẽ. dicitur eniȝ Mat. xxvi. Appro
pinquãte aũt hora paſſionis exi
uit ihesus extẽ ciuitatẽ ꝛ venit ad
montẽ oliueti ꝛ dixit diſcipulis ſu
is. Sedete hic donec vadam ꝛ oreȝ
ꝛ iuit ab eis quãtus eſt iactus la
pidis ꝛ cepit pauere ꝛ tedere ꝛ con
triſtari ꝛ meſtꝰ eſſe. Et poſitis ge
nibꝰ orauit dicens. Pater ſi poſſi
bile eſt trãſeat a me calix iſte Glõ
vt verus homo timebat morteȝ: ꝛ

factꝰ eſt ſudoꝛ eius tanꝙ gutte ſā
guinis decurrētis in terram. Huc
timorē etiam habuit beatꝰ iohan
nes euāgeliſta. dicitur enī Mar. xi
iij. Cunqꝫ xp̄s captus eſſet ⁊ liga
tus ⁊ duceret̄ ad iudicē Adoleſcēs
quidam. ſ. iohānes ſequebat̄ euꝫ
amictꝰ ſyndone ſup nudo coꝛpe: ⁊
cum vellent euꝫ iudei tenere relicta
ſyndone in manus trahentiū eum
nudus ꝓfugit ⁊ ſic naturalit̄ moꝛ
tem timuit ⁊ in hoc non peccauit:
qꝛ licet caro eius naturaliter moꝛ
tem timēt tamē ſpiritus eius ꝓm
ptus fuit cum xp̄o mortē ſuſtinere
Dixit enim paruꝫ antea paratus
ſum tecū moꝛi. Et hoc eſt qḋ domiꝰ
dixit. Spiritꝰ quidem ꝓmptus eſt
caro autē infirma. Timoꝛ huma
nus eſt cum quis de coꝛpoꝛe ſuo ti
met ita ꝙ potiꝰ peccaret ꝙ̄ morteꝫ
vel penam coꝛpis ſuſtineret. Iſte
timoꝛ ſemp malus eſt: qꝛ peccatū
aliquādo eſt veniale ⁊ aliquando
moꝛtale Veniale eſt quādo homo
potius vellet peccare venialiter ꝙ̄
ſuſtinere mortē vel penam coꝛpis.
Sed moꝛtale eſt quādo homo poti
us vellet peccarē moꝛtaliter ꝙ̄ moꝛ
tem vel penā coꝛpis ſuſtinere Iſtū
timoꝛem habuit petrus quādo ꝓp
ter terroꝛeꝫ vel timoꝛē moꝛtis moꝛ
taliter peccauit dominū negando.
Etſi in tali timoꝛe moꝛtuus fuiſſet
eternaliter damnatꝰ fuiſſet. Sed
domiꝰ eum miſericoꝛditer reſpexit
⁊ ad penitentiam reduxit. Contra
hūc timoꝛem dicit dominꝰ Math.
x. Nolite timere eos qui occidunt
coꝛpus. animā autem nō poſſunt
occidere. timete autē eum qui pōt
occidere ⁊ coꝛpus ⁊ animā mittere
in gehēnam ignis. Exemplū in ſe
ptem fratribꝰ. ij. Mach. vij. Huc
timoꝛē non habuit beatus iohan
nes. pro domino enim pati ⁊ moꝛi
paratus fuit: qꝛ nullū tyrannum
vel penaꝫ timuit. Legitur enim in
ſua legenda ꝙ domicianus impe
ratoꝛ miſit eum in doliuꝫ feruētis
olei ⁊ dn̄s eum illeſum cuſtodiuit
deinde in pathmos inſulaꝫ relega
uit vt ibi fame moꝛeret̄ ibi euꝫ
dominꝰ fouit ⁊ multa miracula oſtē
dit. Nam eodem āno impeator oc
ciditur ⁊ iohānes cū honoꝛe reuo
catur. Cum autē per totam aſiam
p̄dicaſſet ⁊ multa miracula feciſſꝫ
ſacerdotes ydoloꝝ ſedicōem in po
pulo cōtra eum ꝯcitabant. Tunc
trahebāt eum ad templuꝫ dyanē
volentes eū cogere ad ſacrifican
dū. Orāte autē beato iohāne tem
plū penitus coꝛruit ⁊ ydolū eſt cō
minutū. Ariſtodemꝰ auteꝫ pōtifex
ſedicōem ꝯcitauit. Cui Iohēs ait.
q̄d vis vt faciam tibi. vt placaris
Cui ille. Si vis vt credam in deum
tuum dabo tibi venenū bibere: ⁊ ſi
nullā leſiōem ſenſeris deus tuꝰ ve
rus eſt. Priꝰ autem videbis alios
moꝛi ex illo veneno. Cui apl's fac
ſicut locutus es. Adducitur ergo
duo viri damnati q̄ cuꝫ bibiſſent
venenū cito moꝛiūtur. Tunc apo
ſtolꝰ ſignuꝫ crucis ſupra ſignatū
calicem fecit: ⁊ nullā leſionem ſen
ſit. Et ait ariſtodemus Si iſtos du
os ſuſcitaueris ſine dubio credā.
Tunc apl's tunicā ſuam p̄buit di

cens ꝙ poneret eā ſup corpa mor
tuoꝝ ⁊ diceret In nomie ihesu xp̄i
ſurgite: ⁊ ſic factum eſt. ⁊ pontifex
cum omnib⁹ ſuis baptiſatus eſt.
Et ſic pʒ quomō beatus iohānes
euāgeliſta nō habuit timorē hu
manū. Timor mūdanus eſt quā
do homo nimis timet pdicōem re
rū tempaliū. Ita ꝙ potius vellet
peccare ꝙ̄ pdere bona ſua. Et ille ti
mor etiam ſemp eſt malus: q2 ali
quādo eſt peccatū veniale. ⁊ aliqn̄
do peccatū mortale. Veniale qn̄do
hō poti⁹ vellʒ peccarē venialr ꝙ̄ pde
re bona ſua. mortale eſt qn̄ homo
pocius vellet peccare mortaliter ꝙ̄
pdere bona ſua. Hūc timorē habu
it herodes: qn̄ timuit amittere reg
num: ⁊ occidit omēs pueros que
rens ſimul occidere xp̄um regem.
Iſtum timorez etiam habēt omēs
homiēs qui timēt pdere bona ſua
tempalia qui potius piurant: vel
mentiūtur ⁊ ſimilia cōtra deum cō
mittūt ꝙ̄ bona ſua pdant. Iſtum
timorē etiaʒ adoleſcens ille habu
it de quo dicitur Math. xix. qui tri
ſtis abijt qn̄ domin⁹ ei dixit. Vade
⁊ vende ōmia que habes ⁊ da pau
perib⁹ Talem timorē non habuit
beatus iohānes qui reliquit ōmia
⁊ ſecutus eſt xp̄m. Nota euāgeli
um Math. iiij. Ambulans ihesus
iuxta mare galilee ⁊ vidit iacobū
zebedei ⁊ iohānem fratreʒ eius in
mari cū naui ⁊ cuʒ patre ſuo: ⁊ vo
cauit eos qui relictis ōmib⁹ ſecuti
ſūt eum. Licet iohānes pauca re
liqt tempalia. tn̄ multuʒ reliquit
qn̄ voluntateʒ habendi reliqt. Ti

mor ſeruilis eſt qn̄ aliqs ꝯtinet ſe
a peccato. ꝓpter timorē pene infer
nalis vel tpalis ⁊ non ꝓpter deum
Aug⁹. Irrōnabiliter ſe putat vi
ctoreʒ peccati q̄ timore nō peccat ſi
ue tēpalis pene ſiue future. In eo
enī viuit volūtas peccandi ⁊ ſeque
retur op⁹ ſi ſepararetur impunitas
Talem timorē habuit pharao q̄
tpe afflictōis fiebat deuʒ ⁊ pmiſit
ſe deo velle obedire: ſʒ ceſſante pla
ga dixit. neſcio dn̄m nec dimittaʒ
iſrl. Timor ille bon⁹ eſt quo ad h°
ꝙ hoīem trahit a pctō. Sʒ malus
eſt q̄ ad hoc: q2 nō inducit hoiem
in vitam eternā. Timor inicialis ē
qn̄ hō ex vna pte timet penā gehē
ne: ſʒ ex alia pte deuʒ timet. timor
ille bon⁹ eſt: ſʒ non pfectus. habet
autē duos oculos. ſ. dexteraʒ quo
deū reſpicit: ⁊ ſiniſtrum q° infernū
reſpicit. Sʒ dyabol⁹ conatur eruē
oculū dexterū. Et ideo figurat⁹ eſt.
p̄. Re. xi. p Naas qui eruē volebat
ōmū oculos dextros quos capie
bat. Cupit enī dyabol⁹ ꝙ peccata
dimittam⁹ tm̄ ꝓpter penā inferni:
ſʒ non ꝓpter deum Timor filialis ē
qn̄ homo facit bona ⁊ vitat mala:
non ꝓpter timorē inferni: ſʒ ex cari
tate dei tm̄. Si enim ſciret ſe nunꝙ̄
ſenſiturū aliquam penā neqʒ tem
palem neqʒ eternā tn̄ ꝓpter reuerē
tiam ⁊ caritatē dei quaʒ habet ad
deuʒ. vellet ſibi cauere a pctō ſicut
fili⁹ qui habet dulceʒ patrem. q̄ ſi
ſciret ſe nullā offenſiōem recipe.
tn̄ ex caritate timeret prēm ſuum
offendere. Et ille timor pfect⁹ eſt ⁊
de illo dicit ps̄ Timete dn̄m omēs

ſancti eiuſ. Timor ei ille manebit
p⁹ hanc vitam. vñ ps̄ Timor dñi
ſcūs pmanēs in ſeculū ſeculi. Hūc
timorē. ſ. filialem hūit. b. iohānes
euāgeliſta q̄ deū ex toto corde ſuo
dilexit. qđ pȝ in hoc: qꝛ p̄rem ſuū ⁊
oīa q̄ habuit vel hr̄e potuit ꝑpter
deū dereliq̄t. ſpōſam ſuā dimiſit ⁊
ſibi adheſit ⁊ ꝑpter eū mori paratꝰ
fuit Jo. xv. Maiorē caritatē nemo
habȝ vt animā ſuā quis ponat ꝓ
amicis ſuis: ⁊ qꝛ xp̄m ex toto cor
de dilexit. Ipſe enīȝ diligētes eum
diligit. puer. viij. Ego diligentes
me diligo. Quā dilectiōem xp̄s in
multis oñdebat. b. iohāni. Pmo
qꝛ eū in ſua trāſfiguracōe ſpecialiꝭ
aſſumpſit ⁊ gloriā ſuā ſibi demon
ſtrauit. Scđo in hoc qꝛ eū finaliꝭ ſu
pra pect⁹ ſuū recūbere fecit: ⁊ ibi fō
te diuine ſapie euȝ potabat ⁊ tan
tū de eo hauſit qꝛ ſup oēs ſcōs de
tritate ⁊ diuinitate alti⁹ diſputauit
qñ dixit. In pn̄cipio erat verbum
⁊c̄. Tercio: qꝛ ſibi ſecrete ꝓditorē
ſuuȝ oſtendit. Q̄rto: qꝛ eū in frēm
elegit. qñ ſibi mrēm ſuā tribuit di
cens. Ecce mat tua. Ad mrēm aūt
dixit. Ecce fili⁹ tuus Jo. xix. Q̄nto ex
eo qꝛ non cōi morte: ſȝ ſpeciali ipſū
mori voluit. Cū em̄. xcix. eſſet āno
rū apparuit ei dñs cū diſcipulis ſu
is dicēs Veni dilecte mi ad me: qꝛ
temp⁹ eſt vt in mēſa mea cum fra
trib⁹ tuis epuleris. ſurgēs autem
iohānes cepit ire. Cui ait domi⁹.
dn̄ica die venies ad me Veniente
autē die dn̄ica ōīs ꝑpl's ꝯuenit in
eccā que erat in nomīe e⁹ fabrica
ta q̄ a pullorū cantu p̄dicauit eis
fidē. hortans eos vt in fide eēnt ſta
biles ⁊ in mādatis dñi feruentes.
Poſtea foueā q̄drataȝ iuxta alta
re iuſſit fieri ⁊ terrā extra eccām ꝓ
ijci. deſcendēſq; in foueaȝ expaſſis
ad deū manib⁹ dixit. Inuitat⁹ ad
cōuiuiū tuū ecce venio grās agēs
qꝛ dignat⁹ es me ad tuas epulas
inuitare. ſciēs qꝛ ex toto corde meo
deſidero te. Cūq; orōem feciſſȝ tan
ta lux ſup eum emicuit qꝛ null⁹ in
eū reſpicere potuit. Recedēte autēȝ
lumine fouea plena māna inueni
tur: ⁊ quid de corpe eius ſit de⁹ no
uit. Rogem⁹.

¶ De eodem. F. xi.

Dilect⁹ me⁹ mi
hi ⁊ ego illi Cañ. ij. Iſta v̄ba pñt
eſſe xp̄i loq̄ntis de ſcō ioh. euāge.
dicit Ego mihi ⁊ ego illi. ſū ſpecia
li amore ꝯiūctus Ipſe em̄ ioh. ſpe
cialiter dicit diſcipul⁹ quē dilige
bat xp̄s. Circa iſtā dilectōem xp̄i
ad iohem̄ đ duob⁹ querere poſſu
mus Primo q̄ fuit cā qꝛ xp̄s iohā
nem in tantū dilexit. Scđo que fue
runt ſigna dilectōis. Circa primū
ſciendū eſt q̄ tres fuerūt cauſe di
lectōis xp̄i ad iohēȝ. Pma fuit pu
ritas ipſi⁹ Cū autē xp̄s ſit candor
eterne lucis ⁊ ſpeculuȝ ſine macula
vt dicit Sap. vij. Ergo diligit pu
ritatē ⁊ mūditiā. puer. xxij. qui di
ligit cordis mūditiā habebit ami
cū regē: qꝛ iohānes hūit puritatē
ideo a xp̄o ſpecialiter diligi meruit
Secūda cauſa qꝛ xp̄s eum dilexit
fuit eius accelerata cōuerſio. Ipe

enim in ſua iuuētute ad xp̄m fuit
pater ſancte. reſponſis iudicez ag
gredior. Cui ille Iam dudum tib
fili cariſſime loquendi curaz com
miſeram ⁊ nunc pro fide criſti pro
qua aſtamus reſponſa. committo
Tunc vincentius cõuerſus ad daci
anum actenus inquit. Sermo tu
us de neganda fide criſti fuit. ſed ſci
as nepharium eẽ apud criſtiano
rum ſapiaz cultũ diuinũ abnegã
do blaſphẽare Tũc irat⁹ dacian⁹
epiſcopũ in exiliuz mitti precepit.
vincentium vero tanq̃ ↄtumacem
⁊ preſũptuoſum iuuenez ad terro
rem alioꝝ in eculeo diſtenſuz mẽ
bris omnibus dilaniari. Cũ aũt to
to corpe diſſiparet̃ dixit dacianus
Dic vincẽti vbi nunc tuum miſeruz

corpus inſpicis. Ac ille ſubridens
ait. hoc eſt qđ ſemp optaui Tunc
iratus iudex cepit ei oīa genea tor
mentoꝝ minari niſi fidē xp̄i abne
garet. Cui vincentius. Inſurge mi
ſera toto malignitatis ſpiritu deba
chare ⁊ videbis me dei virtute plus
poſſe q̄ torq̄or q̄ ipē poſſis q̄ me tor
ques. Tūc preſes cepit clamare ⁊
carnifices virgis ⁊ fuſtibꝰ v̾berarē
et ait vincencius Quid dicis dacia
ne. Ecce tu ipſe me vindicas de ap
paritoribꝰ meis. Tūc preſes factꝰ
amens dixit carnificibꝰ. Miſeri q̄
re nihil facitis. Cur deficiunt ma
nꝰ veſtre Adulteros ⁊ patricidas
vincere potuiſtis ⁊ nunc ſolus vin
cenciꝰ veſtra poteſt ſupare tormē
ta Tūc carnifices pectines ferreos
vſq̄ ad intima coſtaꝝ fixerūt Ita
vt d̾ toto corpe eius ſanguis efflu
eret ⁊ ſolutis coſtarū compagini
bus viſcera intra paterent. Et ait
p̄ſes. O vincenti miſerere tui vt poſ
ſis tam pulchrā recupare iuuentu
tem ⁊ fac que iubeo ne maiora infe
ram tibi tormēta. Et ait vincenciꝰ
O venenoſa dyaboli lingua tormē
ta tua non timeo. ſed hoc ſolū val
de timeo ꝙ te fingis mihi miſereri
Nam quo te magis iratū video eo
amplius exulto. Nolo autē vt ali
quid de ſupplicijs minuas vt victū
te in ōmibus fatearis Tunc iuſſit
eū de eculeo ſumi et ſup craticulā
aſſari. quam ipſe ſponte aſcendit.
Miniſtri autem vncis ferreis eum
cōpreſſerunt ⁊ corpus eius vndi
q̄ vulnerauerunt Sal inſuper ſpar
ſerunt. ⁊ viſcera de corpore eius la

cerata dependerunt. Ipſe autē ere
ctis in celum oculis dominum ado
rauit. ¶ Cumq̄ miniſter hec dacia
no retuliſſet Ait dacianꝰ Heu vin
cimur. ⁊ iuſſit eum in tenebroſum
carcerē includi ⁊ pedes eius ligno
infigi ⁊ teſtas acutiſſimas ſub eo
poni ⁊ ſine omni humano ſolacio
ſup teſtas relinquere. quod factū
eſt. Sed ecce rex pro quo miles pa
titur penam mutat in gloriam. nā
tenebre carceris ab immenſa luce
expelluntur Teſtarum aſpeitas in
omnium florum ſuauitatē muta
tur. pedes diſſoluuntur ⁊ angeloꝝ
ſalutacōne pfruit. Cumq̄ cum an
gelis pſallens ſuper flores incede
ret. modulacio dulcis ⁊ mira ſūa
uitas foris procul diffunditur. per
territi cuſtodes. cū p rimas carce
ris quod intus erat vidiſſent. ad
fidem conuerſi ſunt. Hec audiens
dacianus amens factus ait Et q̄d
ei amplius faciemus. Ecce enī iā
victi ſumus transferatur ad lectū
et ſtramentis mollioribus repona
tur ne per tormenta magis glorio
ſus efficiatur. Cumq̄ in lecto poſi
tus eſſet ⁊ ibidem paululum quie
uiſſet ſtatim ſpiritum tradidit. ¶
Circa annos domini cclxxxvij. ſb
dyocleciāo ⁊ maximiano. Quo au
dito dacianus vehementer ſic ſe vi
ctum dolens ait. Si nō potui eū ſu
pare viuentem puniā eū defunctū
Iuſſu ergo daciani corpꝰ eius ad
campū ab auibꝰ ⁊ beſtijs ad deuo
randū exponit. Sz ſtatī angelorū
cuſtodia premūit ⁊ intactum a be
ſtijs conſeruatur. Deniq̄ coruꝰ in

glutinei dediꝰ aliãs autẽ ſe maio
res impetu aliaꝝ abegit ⁊ lupum
occurrentẽ moꝛſibꝰ ⁊ clamoꝛibus
effugauit q̃ reflexo capite in aſpe
ctu coꝛpis ſacri fixus cernit vt pote
qui ibidem angeloꝝ cuſtodia mu
niebatur. Qđ audiens dacianꝰ ait
Puto ꝙ nec defunctũ potero ſupa
re Juſſit ergo lapidez molarez ad
coꝛpꝰ eius ligare ⁊ in mari proici.
Quod cum factũ eſſꝫ. ſtatim coꝛ
pus eius ad litus redijt priꝰ q̃ꝫ illi
qui eum ſubmerſerant. quod que
dam domina inuenit ⁊ honorifice
ſepeliuit. De hoc martire ſic dic̃ Au
gꝰ. Beatꝰ vincenciꝰ vicit in verb.
vicit in penis. vicit in cõfeſſione.
vicit in tribulacõne. vicit exuſtꝰ.
vicit ſubmerſus. vicit ortus. vicit
moꝛtuus. Ambroſiꝰ in prefatione
ſic ait de ipſo. Toꝛquetur vincenci
us. tũditur. flagellatur. exurit̃. Sꝫ
inuictus pro ſãcto nomine animꝰ
non concutitur. plus ardens igne
celi q̃ꝫ ferri. plꝰ necdit̃ amoꝛ celi q̃ꝫ
ſeculi. plus voluit placere deo q̃ꝫ fo
ro. plus dilexit mori mũdo q̃ꝫ dño

¶ In conuerſione ſancti pauli. Sermo. xxij.

Vas electionis
eſt michi iſte vt portet no
men meum Actuum. ix. Poſt paſ
ſionẽ domini facta eſt pſecucõ ma
gna in xp̃ianos ⁊ iudei apprehendẽ
tes beatum ſtephanũ lapidabãt
eum. ⁊ beatus paulus qui tũc ſau
lus dicebatur lapidãcium veſtimẽ
ta cuſtodiebat. Et pecijt epiſtolas
a principe ſacerdotum qui erat in
ihrl̃m vt iret in damaſcũ. ⁊ ſi ibi
aliquos chriſtianos inueniret vin
ctos perduceret in ihrl̃m. Et cum
appropinquaret damaſcum. circũ
fulſit eum lux de celo ⁊ cadẽs in ter
ram audiuit vocem dicentem ſibi
Saule ſaule q̃d me pſequeris Qui
dixit. q̃s es domine. Et ille. ego ſuꝫ
ihefus nazarenus quez tu pſeque
ris. durum eſt tibi cõtra ſtimulum
recalcitrare Et tremens ac ſtupẽs
dixit. Domine quid me vis facere
q̃ſi diceret. indica michi volunta
tem tuã ⁊ paratus ſum tibi obedire.
Ad quez dominꝰ. Surge ⁊ ingrede
re ciuitatem ⁊ ibi dicetur tibi quid
te oporteat facere. viri autẽ q̃ comi
tabant̃ eũ cum eo ſtabãt ſtupefa
cti. Audientes q̃dẽ vocem ſauli ſꝫ
neminẽ viderũt p manꝰ aũt eũ po
ſtea trahentes introduxerũt eum
in ciuitatem damaſcũ. ⁊ erãt tribꝰ
diebus non mãducãs neq̃ꝫ bibẽs
neq̃ꝫ videns. In quo triduo credit̃
didiciſſe a ſpũſancto euãgelium.
Erat aũt damaſci diſcipulus xp̃i
anus noĩe ananias ⁊ dixit ad euꝫ
dñs in viſu ⁊ in viſione. vade ⁊ q̃re
ſaulũ. Cui ananias. dñe audiui a
viro hoc q̃nta mala fecerit hijs qui
credunt in noĩe tuo. Ad quẽ dñs.
vade. q̃ꝛ vas electionis ẽ mihi iſte
⁊ vas electũ vt portet nomẽ meũ
corã gentibꝰ ⁊ regibꝰ ⁊ ꝑplis iſrl̃.
Abijt ergo ananias ⁊ dixit. ſaule
frat̃ dñs ihs q̃ tibi apparuit in via
me miſit ad te vt videas ⁊ ipleaňs
ſpũſancto Et cum baptiſaret̃ ceci
derũt de oculis eius tanq̃ꝫ ſquame

et viſum recepit et continuo intra
uit ſinagogam ⁊ predicauit ihm
quoniam ipē eſt xp̄s. Et cū inſidi
arentur ei iudei ⁊ vellēt euꝫ occidere
xp̄iani eum ſubmiſerūt p murū et
ſic euaſit ⁊ veniens ihrl'm ꝯiunctꝰ
eſt apl'is. Sciendum autē circa p̄
dicta ꝙ hoc nomen bn̄dictum ihe
ſus portanduꝫ eſt corde ore ⁊ ope.
Corde de ipō ſedule cogitando. Ore
de ipō libēter referendo. Ope om̄ia
opa nr̄a in nomine ipſius faciēdo
Debemꝰ aūt hoc nomen portare ꝓp
ter tria. Primo ꝙ preſtat dulcedi
nem meditantibꝰ in deuocione Se
cūdo ꝙ dat fortitudinē inuocanti
bus in tribulacione. Tercio ꝙ ſa
nat egritudinē infirmantibus in
inuocacōne Primo aūt hoc nomē
habendū eſt in cord ꝙ dat eternā
dulcedinē omnibꝰ deuote meditā
tibus Bern̄. Jheſus eſt mel in ore
melos in aure. iubilus in corde. Ri
chardus de ſancto victore. Jheſus
eſt dulce nomen ſup omne delecta
bile Bern̄. Si ſcribis non ſapit mi
hi niſi legerem ibi iheſū. Si diſpu
tes vel conferas non ſapit michi
niſi ſonuerit ibi iheſus quaſi dice
ret. Omne quod ſcribi poteſt vl' le
gi non dat aliquā dulcedinem mi
chi niſi audiero hoc nomē iheſus
Huiꝰ benedicti nois dulcedinē ſen
ſerat beatus paulus. ꝙ freqn̄ter
hoc benedictū nomen p̄dicauit ⁊ i
ſuis epl'is ſcripſit. Legitur em̄ hoc
nomē iheſus qngentis vicibus in
epl'is ſuis noiaſſe Scdo debeꝰ hoc
benedictū nomē portare in cord. ꝙ
dat fortitudinē oibus inuocātibꝰ

in tribulaciōe. vn̄ Ber. Jhs eſt ci
bus ꝯfortās. nā totiēs ꝯfortaris q̊
ciens recordaris. q. d. vtiqꝫ iheſus
hoc benedictū nomē ē cibꝰ ſpūalis
omnibꝰ inuocantibus illud. ita ꝙ
nulla tribulacōe homo ſepari p̄t.
nullo mō ſancti mārtires ⁊ v̄gines
potuiſſent tantas penas ſuſtinuiſ
ſe niſi hoc nomen iheſus qd in ore
⁊ corde portabāt eos ꝯfortaſſet. vn̄
Legitur Actu. v. de apoſtolis. Cū
nomē iheſu xp̄i predicarent addu
cti ſunt ad ꝯ̄ſilium ⁊ flagellati ſūt
et ꝓhibiti ne omino hoc nomen p̄
dicarent Jbāt aūt gaudētes a ꝯ̄
ſpectu ꝯſilij. qm̄ digni habiti ſunt
ꝓ noie iheſu ꝯ̄tumeliā pati. Ber.
Multi iuuenes ſenes v̄gines ⁊ mu
lieres elegerunt magis mori mille
mortibus q̄ꝫ a confeſſione illiꝰ no
minis amoueri. Vnde ait paulus
Actuum xxi. Ego nō ſolum alliga
ri. ſed etiam mori paratus ſum ꝓp
ter nomē domini mei iheſu chriſti.
Quomodo enim beatus paulus po
tuiſſꝫ tanta ſuſtinuiſſe niſi hoc no
mē iheſus eū confortaſſet. vnde ait
ad Philip. iiij. Omnia poſſum in
eo q̄ me confortat. et numerat mł
ta que paſſus eſt dicens Ter vir
gis ceſus ſum. ſemel lapidatus ſū.
quinquies quadragenas vna mi
nus accepi naufragia ꝑtuli ⁊ mł
ta alia ſuſtinuit. Tandē cū nomen
xp̄i p iudeā p̄dicaſſꝫ ⁊ p greciā. ve
nit romā ⁊ cum ibi predicaſſet no
mē xp̄i ꝯprehenſus eſt a nerone ⁊
iuſſus ē decollari Cūqꝫ caput eius
amputatū eſſet cadēs in terraꝫ cla
mauit. iheſus chriſtus tribus vici

dus ⁊ facti ſūt tres fontes. Ecce qđ
ſibi tā dulce in vita extiterat i mor
te obliuiſci non poterat ⁊ ꝑſiliens
ſecūdo clamauit. Et ꝑſiliens tertio
clamauit ihesus xp̄s. In quibꝰ lo
cis mox tres fontes ſaliebāt. Ter
cio debemꝰ hoc nomen ihesus porta
re corde. ore. et opere. Quia ſanat
egritudinē corporalem et ſpūalez.
Bern. Ihesus eſt medicina infirmā
tibus taz in corpe q̄ȝ in anima. De
primo dicit̄ Marci vltimo. Signa
eos q̄ in me crediderint hec ſequē
tur. In nomine meo demonia eiji
ent. ſup egros manus imponēt et
bene habebūt. vnde legit̄ Actu. iij.
Qȝ claudus quidaz iacebat ante
portas templi. cuȝ peteret elemoſi
nā a petro ⁊ iohāne dixit ei petrus
In nomine ihu xp̄i ſurge ⁊ ambu
la et factū eſt. Et cum petrus inter
rogaret̄ur a iudeis a qua poteſtate
hoc feciſſet. Rn̄dit ꝙ in virtute no
minis ihesu xp̄i eū ſanaſſet. Bern.
hoc eſt nomē qđ dedit cecis viſuȝ.
ſurdis auditum. claudis greſſum
mortuis vitā. ⁊ dyabolū ab obſeſ
ſis corporibꝰ fugauit. Et non ſolū
ſanat in corpe ſed etiam in anima
Vn̄ dicit petrus Actuū. x. Omnes
ꝓphē ꝑhibent remiſſionē peccato
rū accipe p hoc nomē ihs. ſaluat
enī omnes q̄ credūt in eū p̄. Ioh.
ij. Filioli mei ꝙ remittunt̄ vob̄ pec
cata vrā p nomē eiꝰ Actu. iiij. non
eſt in aliq̊ alio ſalus nec ē aliđ no
mē ſub celo hominibꝰ datū in quo
oporteat ſaluos fieri niſi i hoc noīe
ihesus Et ſūt v̊ba petri Ber. Quis i
crimē currit inſup ad laqueū mor

tis deſperando. nonne ſi inuocet no
men vite. ſ. ihesu confeſtim reſpira
bit ad vitā Ps. ꝓpter nomen tuuȝ
dn̄e ꝓpitiaberis pcō meo. multū ē
enī. Exemplū. In britania erat que
dā monialis q̄ in ꝯſuetudine ha
bebat nomen ihesu xp̄i ſedule no
minare. que tandē p quēdaz iuue
nem ſeducta erat q̄ cum ea deliqt
et facta eſt publica meretrix plus
q̄ȝ duodecī ānis. Et q̄ȝuis publica
peccatrix eſſet tn̄ hoc ex ꝯſuetudi
ne habebat hoc nomen ſedule no
minare Inſup in ſabbtis in honore
bt̄e marie virginis abſtinebat In
quadā aūt vigilia purificacōis vo
lens ſe abſtinere ɔ̄reū cuiuſdam
viri ſecrete intrauit ⁊ obdormiens
videbat̄ ſibi ꝙ dūceret̄ ad iudiciū
et vidit qđdam templū bt̄e virgi
nis quicūqȝ ad hoc ꝯfugeret ſalua
bat̄. q̄ aūt non fuerat ꝑmiſſus in
trare ꝓiciebat̄ in magnū ignē Ac
ipa ꝯfugiens ad templū ⁊ cuȝ in
trare vellet occurrit ei ihesus in ho
ſtio ⁊ retruſit eaȝ et p̄cepit eā ꝓici
ad ignē. Et cuȝ ꝓiecta fuiſſet iterū
clamauit ihesus xp̄s q̄n ſic graui
ter torqueret̄ ⁊ fortiter inuocaret
ihesum. dixit beata virgo ad filiuȝ
O fili dilectiſſime miſerē huiꝰ pec
catrici. memorās ꝙ nomē tuū ſe
dule inuocare ꝯſueuit ⁊ ꝙ feſtiui
tates meas honorauit. Tunc filiꝰ
mitigatus iuſſit eam detrahi ⁊ di
mitti. Mulier autem in ſomnis tā
tum fletum ⁊ clamorem fecerat ꝙ
omnem familiaȝ excitauerat. que
venientes inuenerūt eā combuſtaȝ
ita ꝙ totuȝ corpus eius fuerat tā

ꝙ carbo niger. ⁊ interrogata cur il
lic venisset. ipsis totam seriē enar
rauit et semp in gracia ꝑmanens
vitam in bono finiuit.

¶ In purifica. b. marie. ſ. xxiiij.

Ecce veīt ad tē
plum sanctū suū domina
tor dn̄s Malach. iij. Nō ꝙ triplex
est templū. s. singulare materiale
et spirituale. Templū singulare ē
vterus beate virgīs marie. Ad hoc
templū domin⁹ venit qn̄ humanā
naturā assumpsit. De hoc templo
dicit ps̄. Sanctū est templū tuum
mirabile ī equitate. q. d. O dn̄e h⁹ tē
plū qd elegisti tibi ī vtero v̄ginis.
valde mirabile est ⁊ sanctū dicit̄
ideo mirabile ꝙ illum in se inclusit
qui maior ea fuit. s. dominum celi
et terre quem totus mundus non
capit. vnde ipa dixit Ecclesiasti. xx
iiij. Qui creauit me requieuit in ta
bernaculo meo. Sanctū fuit quia
ꝑ spiritūsanctum ꝯsecratum fuit
Bern̄. O templum sanctissimū per
spm̄sanctum sanctificatum. ꝑ filiū
ornatum ꝑ patrem glorificatum.
plenum omnium graciarū. Tem
plum istud ꝯsecrauit spiritussan
ctus quādo archangelum gabrie
lem ad beatam virginē misit et ꝯ
cepcōnem suā nunciauit. Cōsecra
uit autē eodem modo quo ep̄s tem
plū materiale solet ꝯsecrare qui
tribus vicib⁹ circuit. et ter pulsat
ad hostium dicens Tollite portas
principes vestras. quasi diceret. O
principes tenebrarū. deponite pote
states vestras ⁊ fugite ab hoc tem
plo vt fiat templum ⁊ habitaculū
spiritussancti sed nō aperitur ei ni
si in tercia pulsatione. hoc mō an
gelus primo pulsauit ad templū
beate virginis qn̄ eam salutauit ⁊
dixit. Aue gracia plena ⁊c̄. Sed ip
sa in hac p̄ma pulsatione nō ape
ruit hostiū cordis sui ⁊ n̄ ꝯsensit. s
turbata in sermone eius ⁊ āmira
batur de tam insolita salutacione
angeli. quia sepius angelos vide
bat. sed nūꝙ talia loquētes audi
erat. ⁊ ideo cogitabat qualis esset
illa salutacō. Tunc pulsauit ange
lus secūdo ad hostium cordis sui di
cēs. Ne timeas maria inuenisti eni
graciā apud dominū. Ecce ꝯcipi
es ⁊ paries filiū ⁊ vocabis nomen
eius ih̄s. hic erit magn⁹ ⁊ fili⁹ al
tissimi vocabitur. Ipsa eni ad illā
secundā pulsacionem adhuc nō
aperuit. sed dixit. quō fiet istud ⁊
ꝑ quē modū possum ego ꝯcipere
filiū. qm̄ virū nō cognosco. Tunc
angelus tercio pulsauit dicēs spūs
sanct⁹ superueniet in te ⁊ v̄tus altissi
mi obumbrabit tibi ⁊ filius altissi
mi assumet corpus a te. in quo cor
pore obumbrabit ⁊ abscōdet. vn̄
psa. xlv. Vere tu es deus abscondi
tus. Ideo ꝙ ⁊ qd nascet̄ ex te sanctū
vocabit̄ fili⁹ dei. Tunc ad terciam
pulsationē apuit hostium sui cor
dis ⁊ ꝯsensit dicēs. Ecce ancilla do
mini fiat mihi ſm verbū tuum Et
statī fili⁹ dei in eius vtero ꝯcept⁹
est pfectus deus ⁊ pfectus homo.
Et in illa die tante potencie ⁊ sapiē
cie extitit quante in tricesimo āno

fuit Poſtq̄ aūt eps aliqd templū
conſecrauit·tunc ꝓhibet ſub pena
excōicacionis ipſi⁹ violacionē·fa
ciens pacē hominib⁹ inhabitanti
bus ita q̄ ōnes malefici q̄ ad ipʒ
confugiunt a ſuis inimicis ſecuri
ſint·Eodē mō ſpūſſanctus hoc tem
plum cōſecrauit ꝛ pacificauit·ita
vt omēs pctōres quātumcūqʒ deū
offenderūt·ſi ad ipm cōfugerint ſi
ne dubio pacem inuenient ꝛ ab ho
ſtibus ſuis ꝛ dyabolis ſecuri erūt.
Vnde domin⁹·yſaie·xvi·Apud te
habitabunt ꝓfugi mei·i· pctōres
qui fugerūt a me peccādo inuenient
graciam ad te cōfugiendo·Aug⁹.
O beatiſſima virgo maria·ſic om
nis auerſus necē eſt vt pereat·ita
omnis ad te cōuerſus impoſſibile
eſt vt pereat·Anſelm⁹ O btā fidu
cia tu es refugiū tutū miſerorū pec
catoꝝ Bern̄·O beatiſſima v̓go ma
ria quis tuaʒ miſericordiā ad ple
num enarrare pōt·c pctōrem quātū
libet fetidū ꝛ imundū ꝛ toti mūdo
deſpectū nō deſpicis nec deſeris·ſed
tremēdo iudici miſeruʒ recōcilias
Exemplumʒ apud ciliciā anno dn̄i.
lxxiij·fuit vir quidā nomine theo
philus cuiuſdā epi vicedn̄s·q̄ taʒ
prudēter ſb epō res eccleſiaſticas
diſpenſabat·q̄ mortuo epō euʒ di
gnū epiſcopatu omnis ppl'us ac
clamabat·Ac ille vicedn̄atu cōten
tus aliuʒ in epm maluit ordinari.
Tandē ab offitio p epm ſuum eſt
depoſitus ꝛ in tantam deſperacōnē
delapſus vt ad ſuam dignitatem
recipiendā cuiuſdaʒ iudei malefi
ci cōcilium expeteret Ille ergo dy

abolum aduocauit·Aduocatus ē
etiam theophilus qui iuſſu demo
nis xp̄m ꝛ ſuam matrem ꝛ omnes
ſanctos dei abnegauit ꝛ xp̄iane re
ligioni renunciauit ꝛ ſup hoc chy
rographum ſcripſit ꝛ dedit demo
ni et ſigillauit In craſtinum ergo
procuracōne demonis theophil⁹
in graciam epi recipitur et priſti
ne dignitati reſtituit Tandē ad ſe
cōuerſus de eo quod fecerat valde
ingemuit ꝛ ad virginē glorioſam
tota mētis deuocōne cōfugit·Qua
daʒ ergo vice ſibi in viſione appa
ruit beata virgo ꝛ de facto eum re
darguit ꝛ dyabolo renunciare pre
cepit ꝛ xp̄ʒ dei filiuʒ ꝛ oē xp̄ianitatis
ꝯpoſitum cōfiteri fecit·ꝛ ſic ipſum
in filij ſui graciam recupauit ꝛ ad
iudicium venire eum putaui Itet
ruʒ ſibi apparuit ꝛ chyrographū
quod dyabolo dederat ſibi reddidit
et ſupra pectus ſuuʒ poſuit·Quod
factum theophilus ad laudem be
ate marie virginis omnib⁹ mani
feſtauit ꝛ in ſeruicio eius pſeuerā
uit Item aliud exemplū·Abbatiſ
ſa quedā beate virgini valde deuo
ta a ſpiritu fornicacōnis temptatē
et tandem vincitur ꝛ a iuuene quo
dam impregnatur·Illa vero cum
grauida eſſet ſup modum turba
tur neſciens quid faceret ꝛ quo ſe
diuerteret tandem beate virgini ſe
totam cōmiſit Cum autē ad epm
pgeret eo q̄ ſibi eēt accuſata qd
dā templū bte v̓ginis ptrāſiens in
trauit ꝛ an̄ ymaginē bte v̓ginis ſe
ꝓſternēs orās ꝛ miſerā peccatricē
ſe cōfeſſa eſt dicens·O beatiſſima

mater miſericordie nullum ſcio ad
iutorē ex quo grauiſſime offendi
meum creatorem confugio ad con
ſilium gratie tue. Quo ſecurius ſu
giam michi ad te. que mater gracie et
miſericordie appellari meruiſti. Su
ſcipe ergo me miſeram ad te confu
gientem propter amorem filij qui te i
matrē preelegit. Cumq; hec et ſimilia
proferret. vidit beatam virginē cum
multitudine angelorum aſſiſtē tē
et dicentem. Surge filia iā ſecura.
nihil mali paciaris et amplius no
li peccare. Et hec dicens puerum de
eius vtero accepit et vni angelorū
tradidit dicens. Defer puerū hunc
ad talem eremitam dicens ei. Hūc
puerum mittit tibi mater dei. et ſic
euigilans abbatiſſa inuenit ſe per
omnia liberatam et leta veniens ad
epiſcopū. cum accuſaretur nega
uit ſe puerum geſtare. et fecit eps
hoc diligenter per matronas per
ſcrutari. que dixerunt eam nullū
puerum in vtero portare. Et iratus
epiſcopus voluit populū grauare
quod ipſam diffamaſſent. Ipſa autē
hoc epiſcopo ad laudē beate virgi
nis marie et ſolatium peccatorum
omnibus narrauit et intrans eps
miſit ad illum eremitam et inuenit
puerū et beata virgo maria ore om
niū collaudabatur. Secūdo venit do
minus ad templum materiale quod
erat in iheruſalem de quo inuenies
in ſermone ſequenti. Tercio venit
ad templum ſpirituale ſcilicet ad
animam iuſti quā ſibi ſpiritus ſan
ctus in baptiſmo cōſecrauit expel
lens ab eo dyabolum vt ipſe in eo

habitare poſſit quando dicit ſacer
dos Exi ab eo immunde ſpūs da lo
cum ſpūiſancto Et ſicut epus cōſe
crans eccleſiā ter pulſat ad hoſti
ū ſic ſacerdos ter pulſat anteq; pu
erum immergat Primo dicit. Abre
nūcio ſathane et pompis eius. Se
cundo dicit Credis in deū patrem
omnipotētem in filiū et ſpmſanctū
Tercio querit vis baptiſari. et re
ſpondent patrini. volo. tunc bapti
ſat eū immergendo In nomine pa
tris et fi. et ſ. ſ. Et tunc anima bapti
ſati ē facta templū ſpūſſancti. vñ
apl's p. Cor. iij. Neſcitis quod tēplū
dei vos eſtis et ſpūſſanctus habitat
in vobis. In iſto templo debent eē
multa ſpiritualiter que inuenimus
in ipſo templo materiali In tēplo
iſto debet eſſe altare bene ornatum
id eſt munda et ornata cōſciēcia De hoc
altari legitur Leuit. vi Ignis in al
tari meo ſemper ardebit quem nu
triet ſacerdos ſubiciens ligna ma
ne et veſpere per ſingulas orationes.
vnde Gregorius. Altare dei eſt cor
noſtrum in quo ardere debet ignis
caritatis quem veſpere et mane nu
trimus dum chriſtum mane iudi
catum et veſpere crucifixū recolimus
Sacerdos iſte eſt memoria anime
Iſte ſacerdos auget et nutriet ignē
veſpere quando cogitat quanta de
us pro nobis ſuſtinuit qui veſpere
propter nos turbatus fuit vſq; ad
mortē Iſte ignis ſcilicet caritatis
eſt qui ardere debet i altari cordis.
videat autē quilibet quomō nutri
at illum ignem in altari cordis ne
imponat aliū ignē. ne cōtingat ſi

tut nabáod ⁊ abner Qui cū offer
rent alienū igneꝫ corā domino ex
tincti ſunt ab igne ⁊ mortui ſūt vt
dicitur Leuit. x. Igneꝫ alienū offe
runt qui ignem rancoris ⁊ inuidie
in cordibꝰ ſuis hn̄t que nō vult do
minus offerri in altari ſuo Math.
v. Si offers munꝰ tuū ad altare et
recordatus fueris ꝙ frater tuꝰ ha
bet aliq̄d aduerſuꝫ te. relinque ibi
munꝰ tuum et vade priꝰ recōciliari
fratri tuo ⁊ veniens offer munꝰ Ig
nis inuidie ſiue odij cōſumit illuꝫ
qui ipm̄ offert Criſoꝰ. Inuidia eſt
ignis inextinguibilis. ꝙ ſic tinea
comedit veſtimēta ſic inuidia ꝯſu
mit illuꝫ q̄ zelatur. De talibꝰ qui ꝑ
ignem inuidie accendūt templuꝫ
dei. dicit ps̄. Incenderunt ignē ſan
ctuarium tuū ⁊ in terra polluerūt
tabernaculum tuum ⁊ templuꝫ no
minis tui. Vn̄ apoſtolꝰ ⁊ Corin.
iij. Si quis templū dn̄i violauerit
ꝑ maliciam. diſꝑdet illum dominꝰ
ꝑ mortem eternam Scdo debet eſſe
in templo anime crucifixus. ꝑ qd
ſignificat memoria dn̄ice paſſiōis
Tercio debent in illo templo eſſe
ymagines. ꝑ quas ſignificantur.
ſanctoruꝫ exempla. Exemplū hu
militatis habemꝰ in xp̄o q̄ dicit. Ex
emplū dedi vobis vt quēadmodū
ego feci ⁊ vos ita faciatis. Exēpluꝫ
caſtitatis habemꝰ in maria v͛gine
Exemplū ſanctitatis habemus in
iohanne baptiſta Exempluꝫ orati
onis in beato iacobo. Exemplū pa
cientie in beato vincēcio Exemplū
pnie in beata ma͛ia magd. Exēplū
cōfeſſionis in beato auguſtino. et
ſic de ſimilibꝰ ſanctis q̄ diuerſis pol
lebant virtutibꝰ. Quarto debet eē
in templo aqua benedcā. ꝑ quā ſi
gnat aqua ꝯpunctionis lacrima
rū. Quinto incenſū deuote oratiōis
ps̄. Dirigat ad te dn̄e oratio mea
ſicut incenſū in cōſpectu tuo. Notā
dum ē circa purificationē ꝙ dn̄s
precepit Leuit. xij. Q mulier q̄ ſu
ſcepto ſemine filiū pepiſſet. immū
da erat ſeptē diebꝰ a conſorcio ho
minū ⁊ ab ingreſſu templi. Sed cō
pletis diebꝰ ſeptē mūda erat quo
ad conſortia hominuꝫ. ſed adhuc
ad triceſimū diē immunda mane
bat quo ad ingreſſuꝫ templi. Tā
deꝫ ꝯpletis. xl. diebꝰ pꝰ ꝑtū die. xl.
templū intrabat ⁊ puerū cuꝫ mu
neribꝰ offerebat Si autē feminaꝫ
pepiſſet duplicabantur dies quo
ad conſorcium hominuꝫ ⁊ quo ad
ingreſſum templi. Beata autē v͛go
maria huic purificationi nō tene
batur. Quia nō pepererāt ſuſcepto
ſemine. ſed miſtico ſpiramine Vo
luit auteꝫ ſe ſubdere legi vt nob ex
empluꝫ humilitatis oſtenderet et
vt legem domini adimpleret.

De eodem. ſer. xxiiij.

Tota pulchra es amica mea ⁊ macula n̄
eſt i te. Cantico. iiij. Quoniā feſtū
iſtud vocatur feſtū purificationis
beate marie. vt oſtendat eam ſpi
ritusſanctus totam eſſe mundam
⁊ nulla purificatōne indigere. ido
cōmendat eaꝫ in verbis propoſitis
de pulchritudine et puritate ſua.

non em̄ ꝯmendat eam de pulchri
tudine exteriori. quia illa non eſt
neceſſaria ad ſalutem. Sed de pul
chritudine interiori que eſt in ani
ma Conſiſtit em̄ pulchritudo ani
me in virtutibꝰ. Sciendū aūt ꝙ be
ata virgo habuit multas v̓tutes
que faciebāt eaꝫ pulchrā in aīa.
Prima fuit caritas. ſcḋa caſtitas.
Iſte due rēddūt deo aīaꝫ pulchraꝫ
et acceptaꝫ ſap̄. iiij. o ꝗ̄ pulchra
eſt caſta generacō cū caritate. Ca
ritatē pfectā habuit beata virgo
ad deū ⁊ ad ꝓximū. Qꝫ caritatē ad
deū habuit patet ex eo. ꝙ manda
ta dei a iuuētute ſeruauit. qḋ eſt ſi
gnuꝫ amoris diuini Jo. xiiij. Si q̄s
diligit me ſermoneꝫ meum ſerua
bit ⁊ mādata. In hoc patet ꝙ deū
dilexit. ꝙ libenter ꝓ eo mortē ſuſti
nuiſſet ſi deo placuiſſet Bern̄. Tāta
vis amoris male mentem accende
rat. vt fugientibꝰ diſcipulis cū la
crimis affigit animā ſuam cruci ⁊
ſi minime potuit tamen expoſuit.
quia pata fuit mori. Qꝫ aūt dilecti
onē ad ꝓximum habuit patet ex
hoc. ꝙ filium ſuum morti ꝓ ſalute
generis humani expoſuit. Bernh
Maluit beata virgo filium crucifi
gi ꝗ̄ genꝰ humanū perpetue n̄ libe
rari Origenes. Quid de amore bea
te virginis dicam que filium ſuum
vnicum amabat tā ardenter ꝙ ne
ſcio eſtimare. hec tamen pia v̓go
ſuper afflictos pia geſtās viſcera.
amato priuari cupit. vt tali priua
cōne humano generi perdito ſub
ueniret. Hec caritas fecit eam pul
chram in anima. ideo bene figura

ta eſt p illam virginem ſunamiteꝫ
in cuiꝰ ſinu dauid rex dormiebat.
De qua dicitur. iij. Reg̃. p̄. Rex da
uid ſenuerat. Cūq; opiretur veſti
bus non caleſiebat. Queſierūt er
go ſerui eius ei adoleſcētulam ſpe
cioſam in omnibꝰ ſinibus iſrl̄. et
inuenerūt abyſac ſunamitem ⁊ ad
duxerūt eam ad regem. erat autē
decora nimis et dormiebat cum re
ge ⁊ miſtrabat ei. Rex aūt nō cog
nouit eam. Abyſac interp̄tatur i
cenſa ⁊ ſignificat mariaꝫ que incē
ſa fuit igne caritatis ad deuꝫ ⁊ ad
proximū. hec placuit regi dauid ⁊
xpō dauid em̄ interp̄tatur manu
fortis ⁊ ſignificat regem celeſtem
qui fortis eſt ſup omnes gentes.
Ps̄. Quis iſte rex glorie dominus
fortis ⁊ potens ⁊c̄. Iſte rex requie
uit in ſinu abyſac ⁊ in vtero beate
virginis nouem menſibus ipa ta
men virginitate integra pmanen
te. Sic patet quō beata maria pul
chra fuit p caritatē. Secūda virtꝰ
que facit animā pulchrā ⁊ deo gr̄
tā eſt v̓ginitas ſiue v̓ginalis caſti
tas Sap̄. iij. Incorruptio facit ꝓxi
mū eſſe deo Prouꝰ. xxij. Qui diligit
cordis mundiciam habebit regis
amiciciaꝫ. ſ. celeſtis Hanc virtutē
habuit beata virgo ꝙ ipſa corpe
et mente virginalem caſtitatē ha
buit. ⁊ iō regi celeſti placuit. Vn̄
ipſa bn̄ figuāta ē p illaꝫ pulchrā
v̓ginē heſter quā rex aſſuerꝰ ſup
omnes diligebat. Nota hiſtoriaꝫ
Heſter. ij. Rex aſſuerus fecit ꝯgre
gari omnes virgines regni ſui vt
ex illis eligeret ſibi vnam virginē

in reginam. ¶ Et inter ceteras vir
gines adducta eſt heſter pulchra
nimis ⁊ decorã facie ⁊ adamauit eã
rex plus ꝙ omnes alias mulieres
et poſuit dyadẽa ſup caput eius ⁊
fecit eam ſibi cõregnare. Heſter i
terpretatur abſcõdita ⁊ ſignificat
beatam virginem que habuit the
ſauꝝ abſconditũ i agro. ſ. theſaurũ
virginitatis in agro ſui corporis.
virgitas enĩ dicitur theſaurus ab
ſcõditus Mat. xiij. Sile eſt regnũ
celoꝝ .i. virginitas theſauro abſcõ
dito in agro. q̃ theſaurus bene eſt
cuſtodiendus qꝛ ſi ſemel amittit
nunꝙ̃ recupat. ⁊ ideo virgines dñt
eſſe in abſcondito ⁊ nõ in publico
dicit enĩ ſic beatus Amb. hoc mõ
beata virgo theſauruꝫ abſcõdit qꝛ
ſemp incluſa ⁊ raro in publico fu
it. vnd angelus eã ſolam inuenit
Ber. Suſpicandũ nõ ẽ qꝛ angelus
inuenit hoſtiũ aptũ virgis. cui nõ
micũ fuerat vt frequencius hoĩm vi
taret colloq̃a. vl' orãtis impediret
ſilenciuꝫ. vel ↄtinue caſtitas cõtur
baret vel turparet. ꝓpter hãc pul
chritudinẽ caſtitatis ſiue v̓ginita
tis eã adamauerat rex aſſuerus .i.
rex eterne btitudinis Aſſuerus enĩ
btitudo iterpretat. ſup oẽs mulie
res huius mũdi. impoſuit diadema
regni ſuper caput eius ⁊ fecit ſibi eã
cõregnare Tercia v̓tus q̃ facit ho
minẽ in aĩa pulchꝝ eſt humilitas
Jeroꝰ. Nihil ẽ qꝛ nos deo tã grãtos
efficit ſic huilitas. ſic qꝛ ſi vite me
rito ſumus magni. hũilitate ſimus i
fimi. Signuꝫ aũt pfecte hũilitatis
eſt qꝛ hõ ſeipm vilipendat Ber. ve
rus humilis vilis vult reputari ⁊
nõ hũilis pdicari Hãc virtutẽ pfe
cte habuit btã v̓go maria. q̃ ſeip
ſam vilipẽdit. cũ eẽt regina celi et
terre ancillã ſe dixit Lu. p̃. Ecce an
cilla dñi fiat mihi ſm verbũ tuum
Et iterũ Quia reſpexit hũili tatẽ an
cille ſue. ꝓpter hoc btã v̓go maria
bñ figurata ẽ p illã pulchrã virgi
nẽ rachel Geñ. xxix. Rachel erat v̓
go decora facie ⁊ venuſta aſpectu p
qua ſeruiuit iacob. xiiij ãnis ⁊ vide
bant ſibi dies pauci p̃ amoris ma
gnitudine Rachel interp̃tat ouis
et ſignificat btãm v̓ginem mariã
que fuerat humilis ⁊ ſimplex tan
ꝙ̃ ouis. Hãc adamauit iacob .i. fi
lius dei Jacob enĩ iterp̃tat ſupplã
tator. qꝛ ſupplantauit eſau .i. dya
bolum. duabus vicibus. Primo qñ
eũ de celo eiecit. Scdõ qñ infernum
ſpoliauit. vñ dixit Juſte vocatum
eſt nomen eius iacob. ſupplanta
uit enĩ me alterã vice Iſte iacob .i.
chriſtus adamauit rachel ꝓpter pl
chritudinem humilitatis intantũ
qꝛ ꝓpter eã ſeruiciũ multoꝝ anno
rũ ſubijt nõ tm̃. xiiij. ſ3. xxxiij. ãnis
ad hoc eũ traxit humilitas marie
Bern. Propter humilitatẽ marie
rex glorie v̓ginis pulchritudinẽ cõ
cupiuit ⁊ deſcẽdẽs de ſinu pr̃is in
hũc mundũ. locuꝫ ſibi nõ inuenit
aptiorẽ ꝙ̃ corpus v̓gineũ in q̊ plus ei
placuit hũilitas ꝙ̃ v̓gitas. Si enĩ
maria humilis nõ fuiſſet. filiũ dei
nõ cõcepiſſet Sic ptꝫ qꝛ maria ꝓpt
eius humilitatẽ mat dei effecta ẽ.
Et ipſa tam humilis eſt qꝛ nulluꝫ
peccatorem quãtumcũqꝫ immũdũ

ſiue fetiduꝫ deſpicit ſi eius auxiliū
humiliter implorat. Bern̄. O v̄go
maria. quis tuam miſericordiam
ad plenum poſſit enarrare. q̄a tu
peccatorem quātum cūq; fetidū et
toti mūdo deſpectū nō deſpicis nec
deſeris. ſ; eū tremendo iudici recō
cilias. Exemplū q̄dam monachꝰ
valde deuotus tēptacione deuictꝰ
lapſus eſt in pctm̄ carnis. q̄ ꝓpter
verecūdiam cōfiteri nō audēs. dubi
tare cepit quid faceret. et totum ſe
ad inuocacōnē btē marie virginis
ꝓſtrauit et multis precibꝰ eaꝫ fla
gitauit vt euꝫ a temptacōne eripe
ret et audaciam cōfitendi impetra
uit. Cuꝫ in nocte dormiret. beata v̄
go apparuit ei longiꝰ tamē īſiſtēs
in ſpē iuuēcule āgelis circūſepta.
Quā videns ille cū lacrimis ait. O
virgo virginū. regina angeloruꝫ.
ſpes deſolatoꝝ. ſolamē peccatoꝝ.
mater miſericordie. mr̄ dei. miſerere
mei. Quia nullū pctōrem ad te ꝯfu
gienteꝫ repellis. nunq̄d mihi miſe
ricordiam tuaꝫ ſoli denegare vis.
Cūq; hec et ſimilia dixiſſet. mr̄ miſe
ricordie quandā domum ingredi
tur quam ille ꝓſequēs et ad pedes
eius ſe ꝓiecit dicēs. O mat̄ dei ple
na omni grā miſerere mei. Ac illa
eleuans euꝫ brachijs amplexaba
tur eū et oſculuꝫ ei tribuit et euanu
it. Ille vero euigilans cuꝫ magna
hilaritate ad confeſſorem venit et
peccatum ſuum cōfitens et in ſācta
vita ꝑſeuērauit. Rogemꝰ.

De ſancta dorothea. F. xxv.

Gloioſa virgo

et martir dorothea ex prē
theodoro et matre theodora ꝓ geni
ta ex nobili ſanguine ſenatorum
Illis tpibus viguit ꝑſecucō xp̄ia
norum in terra romanoꝝ. Vn̄ be
atus theodorus ſpernens ydola. ro
mam r̄linqn̄s cum poſſeſſionibꝰ.
agris. vineis caſtris. et domibus.
trāſfretauit cū vxore ſua beata the
odora et duabꝰ filiabus ſuis in reg
nū capadocie perrexit. veitq; in ciui
tatē ceſareā ibiq; habitans genu
it filiam de qua nunc intendimus
loq̄. Et ipſa genita more xp̄iano
rū occulte baptiſata eſt a quodā
ſancto epō q̄ ei nomen impoſuit ex
patre et matre cōpoſituꝫ dorothea.
Illa autē puella inflata eſt ſpiritu
ſancto. virtutibꝰ et pacis diſcipli
nis imbuta formoſa valde ſup oēs
filias regionis. Qd videns ſerpēs
inimicus caſtitatis dyabolus non
ſuſtinēs. Fabriciū p̄fectū tre p̄di
cte in amorē gl̄oſe virginis ſtimu
lans vt ipſaꝫ carnali cōcupiſcēcia
appeteret. Qui mittēs ꝓ ea ſpōdens
theſauꝝ ſibi et res abſq; ꝯpoti det̄
minacōne ꝓ dote. ipſam legitīo du
cendo thoro Audiēs hoc dulcis do
rothea quaſi lutū terre deſpiciens
terrenas diuicias et itrepide ſe xp̄i
ſponſā fatebat̄. Qd audiēs fabrici
us et vt verba nō trahamꝰ furore
ſuccēſus in cathaſtā v doliū feruē
tis olei miſſa ē. Ipſaq; adiutorio
xp̄i illeſa manens. ac ſi balſamo
vngeretur. Multi autem pagano
rum videntes hoc miraculum inter

ſe ad xp̄m cōuertunt̄. Fabricius
vero credens magicis artibꝰ fieri.
ip̄am in carcere reduxit. ix. diebus
abſqȝ ciboꝝ alimētis que tñ nutri
ta eſt a ſanctis āgelis. Cū āt ꝓdu
ceretur ad tribunal pulchrioꝛ ꝙ̄
vnqꝫ̄ fuit apparuit. Cūctiqȝ miābā
tur ꝙ tot diebꝰ abſqȝ cibo tam foꝛ
moſa videret̄. Fabriciꝰ dixit. niſi de
os adorauerís p̄ſentes penas ecu
lei non euadēs. Dorothea r̄ndit. de
um verum adorabo ⁊ non demonē.
dij em̄ tui demones ſunt. Et ꝓſtra
ta in terrā eleuatiſqȝ oculis ſuís in
celū orauit ad dn̄m vt oſtēderet po
tenciam ſuā ꝙ ipſe eſſet ſolus deꝰ
et non alius preter eum. Erexerat
autē fabricius colūnam ⁊ deſuper
ydoluȝ vt ſancta dorothea illd̄ ado
raret. Et ecce multitudo angeloruȝ
cum impetu veniēs corrupit tēplū
ſic ꝙ nec ꝑticula columne inueniē
tur ⁊ audiuit voces demonū ꝑ aera
volanciū ⁊ clamanciuȝ Dorothea
cur nos infeſtas ſic ⁊ deuaſtas et
multa milia paganorū manifeſte
ad deum cōuertuntur q̄ etiam pal
mā martirij ingreſſi ſūt. Ipſa aūt
in eculeo ſuſpenſa. pedibꝰ eleuatis
vnctis corpꝰ laceratur virgis caſti
gatur ⁊ flagellis flagellat̄. Deinde
ad mamillas v̄ginales facule ardē
tes applicate ſūt ⁊ ip̄a ſemimortua
in carcerem vſqȝ in craſtinuȝ redu
cta eſt. d mane vero ꝓducta nec vlla
leſio nec vlla macula apparuerat.
de quo ip̄e preſes admirabatur Et
dixit ei adhuc reuertere o amena
puella ſatis iam caſtigata es. Et
miſit eaȝ ad duas ſorores ſuas ca

ſtam ⁊ calixtem que metu mortis
a xp̄o receſſerunt. vt ipſe dorotheā
ſororem ſuam ſi ꝑhas eſſet a xp̄o
euellerent. Dorothea autē leniter
alloquens predictas. ſ. ſorores ſu
as auferens ab eis cecitatē cordis
et eas ad xp̄m cōuertit. Quod au
diens fabricius furore ſuccēſus mi
ſit ambas ſorores dorſo ad dorſū
ligari. iuſſitqȝ eas in ignem ꝓicia
cremari Et dixit dorothee. quouſqȝ
maleficia nobis protrahis. aut ſa
crifica dijs noſtris vt viuas. aut
ſentēcia capitali plecteris. Illa le
to vultu r̄ndit Quicq̄d vis paſſuā
ſum pro domino meo xp̄o ⁊ ſp̄oſo
meo in cuius orto deliciaruȝ roſas
cum pomis colligam ⁊ letaboꝛ cuȝ
ipſo in eternum. Audiens hoc ty
rānus in ſeipſo frenduit precepit
qȝ vt pl̄cherrima facies eius bacu
lis ⁊ fuſtibus cederetur. Cum aūt
in tantuȝ ꝑcuſſa fuit vt tortores fa
tigarent̄ ⁊ ꝙ nec veſtigia faciei ap
parerent reſeruata eſt in craſtinū
De mane vero ꝓducit̄ illeſa a ſalua
tore noſtro curāta ⁊ capitali ſn̄ia iu
dicat̄. Et dū extra muꝝ ducit̄ vidēs
eaȝ theophilus ꝓthonotariꝰ regni
illius dixit ei illuſorie Quo duceris
modo dorothea. Rn̄dit ad viri da
rium ſponſi mei. Ac ille. nobis mit
te de roſis que creſcunt in viridario
illo. Quod illa promiſit. cum autē
ad locum decollacōnis veniſſet ro
gauit dominum pro omnibꝰ qui
ad honorem ſui nominis memori
am ſue paſſionis pagerēt ab om
nibus tribulacionibꝰ ſaluarent̄.
Et precipue a verecundia paupta

tis ⁊ a falſo crimine cuſtodirentur
⁊ in fine vite ſue cōtritionē remiſſi
onemq; omniū pctōꝝ obtinerent.
Mulieres parientes nomē eiꝰ inuo
cantes celerem in doloribꝰ ſentirēt
effectū. Et ecce vox de celo audita ē
Veni electa mea. veni ſpōſa mea.
veni dilecta mea ōnia q̄ petiſti im
petraſti ⁊ p quibꝰ oras ſalui erunt
Inclinata aūt ad ictū ſpiculatoris
apparuit puer purpura indutus
diſcalciatus criſpo crine in manu
ſua ferens ſportam cū tribꝰ roſis ⁊
tot malis Cui dorothea dixit. Ob
ſecro mi dn̄e feras eas theofilo ſcri
be ⁊ decollata eſt. ⁊ perrexit ad xp̄m.
octauo ydus februarij Theophi
lus vero ſcribēs in palacio. Et ecce
puer vnꝰ apparuit ei pl'chrimꝰ por
tans ſportā cū roſis ⁊ pomis i ma
nibus ibidem dicens. Has roſas
cū pomis miſit tibi ſoror mea doro
thea de viridario ſponſi ſui. Puer
vero ſtatī diſparuit. Theophilus
hoc vidēs litterā quā ſcribebat ia
ctabat in terram ⁊ dimiſſis mani
bus velut amēs effectꝰ. vnū deum
ihesum xp̄m filiū dei viui cōfeſſus
publice pclamauit. laudādo ⁊ glo
rificādo ſponſū dorothee q̄ mēſe fe
bruario cū magna frigora terram
cōgelant. nec aliq̄ virgūcule fron
dibus veſtiunt. roſas ⁊ poma qui
bus vult mittere pōt cuiꝰ nomē in
eternū ſit benedictū. Ex ipſiꝰ affir
macōne ⁊ p̄dicacōne fere tota ter
ra ad fidē cōuertit. Ex odore nāq;
roſaꝝ multi debiles infirmi ⁊ pali
tici ⁊ leproſi ſunt curati. Vidēs hoc
tyrannꝰ theophilū ſcribam pluri
mis tormētis ⁊ tormentoꝝ gn̄ibꝰ
affecit q̄bꝰ ⁊ beatā dorotheā crucia
uit. Vltīo vero in minimas ptìcu
las ſuccidi ipſū p̄cepit ⁊ volatilibꝰ
ad manducandū piecit. Theophi
lus vero p̄mitus ſacro baptiſmate
miſticoq; corpe ⁊ ſāguine xp̄i cōi
cauit. ⁊ ſic perrexit ad xp̄m cui ho
nor ſit ⁊ gloria.

In cathedra ſancti petri.
Sermo. .xxvi.

Exaltent eū in
eccl'ia plebis: ⁊ in cathedrā
ſenioꝝ laudēt eū pſal. cvi. Iſta v̄
ba pn̄t exponi de ſancto petro q̄ le
git in cathedra honoratꝰ. Cū enī
beatꝰ petrus Anthiochie predica
ret. theophilus princeps illiꝰ ciui
tatis eū incarcerauit ⁊ ſine cibo et
potu pmiſit eū eē Cūq; pene defice
ret ait. Dn̄e ihū xp̄e miſeroꝝ adiu
tor adiuua me in iſtis tribulacōni
bus. Cui dn̄s. petre ne putes te de
relictū. p̄ſto ſum tibi ſubuenire Au
diens aūt btūs paulus de incarce
racione beati petri. ad theophilū
venit dicēs ſe eſſe artificē in pictu
ris ⁊ tabulis ſculpēdis ⁊ in tētorijs
faciēdis Quia theophilo rogat vt
in eius curia ſecum maneret. Qua
dā vero die paulus ad petꝝ ſecre
te ad carcerē introiuit ⁊ inueniēs
eū pene mortuū amariſſime fleuit
et dixit. O petre frat mi. gl'ia mea.
gaudiū meum. dimidiū aīe mee.
meo interuētu reſume vires. Tunc
petrus apiens oculos ⁊ eū cogno
ſcēs lacrimari cepit. ſʒ loq̄ nō potu
it. Et currens paulus cibum affe

rens ⁊ os eius apiens ipm̄ refocilla
uit. Et cū ad ſe reuſus fuiſſet petr⁹
in oſcula mutuo corruerūt ⁊ ambo
plurimū fleuerūt Paul⁹ aūt occul
te rediēs ad theophilū dixit O the
phile magna ē gloria tua. bonū
de honeſtate te .ſ. qꝫ illū pauperē in
carcere affligis q̄ tibi nō nocuit ſʒ
multū vtilis tibi eſſe potuit Nā ſic
de illo hoīes q̄dam aīūt. Infirmos
ſanat. mortuos ſuſcitat. Cui ille.
Fabuloſa ſūt illa paule q̄ tu dicis
qꝛ ſi mortuos ſuſcitare poſſet ſeipſū
de carcere liberaret. Cui paul⁹. ſicut
xp̄s mgr̄ ſu⁹ d cruce deſcēdere nolu
it cū potuiſſet. ſic ipſe paratus ē pro
eo mortē ſuſtinere. Cui ille. Fac er
go vt reſuſcitet filiū meū p. xiiij. an
nos mortuū ⁊ credā illi Ingrediēs
ergo paul⁹ dixit quō ad reſuſcita
tōem filij rēdiſſet. Cui petrus Rē
grandē paule pmiſiſti ſʒ dīni vtute
facillimam Eductus ḡ de carcere et
monumēto apto deū orauit ⁊ ille
reſurrexit Tūc theophil⁹ ⁊ tō ciui
tas crediderūt ⁊ glorioſā eccliam
edificauerūt in cui⁹ medio colloca
uerūt cathedrā ⁊ btm̄ petꝝ ſup eā
poſuerūt ⁊ exaltauerūt Deinde pam
bulauit totā puinciā illam ⁊ p̄di
cauit verbū dei. Medio aūt tpe ve
nit ſymon magus anthiochie. et
ꝓplm ſubuertit ⁊ a fide xp̄i traxit.
Qd audiēs petrus reuſus ē in āthi
ochiam. Qui audiētes eum redire.
omnes nudi pedib⁹ ⁊ cilicijs indu
ti ei occurrerūt penitentes qꝛ ſymo
ni mago crediderūt Et obtulerunt
ei languidos ⁊ obſeſſos. Cūqꝫ ſup
eos petrus nomen dñi inuocaſſet
immenſū lumē ibidē apparuit ⁊ om
nes ſanati ſunt ⁊ currentes oſcula
bant̄ veſtigia pedū eius. tūc infra
ſeptē dies plus qꝫ decē milia bapti
ſati ſūt Theophilus vero domum
ſuā in baſilicā ꝯſecrari fecit ⁊ ibidē
petro excelſā cathedrā collocauit
et petrū ſup eā exaltauit vt ab om
nib⁹ videri ⁊ audiri poſſet. Et ſic be
atus petrus ſedit anthiochie ſe
ptē annis. ⁊ poſtea veniēs romā ſe
dit in cathedra rome. xxv. annis.
Notandū qꝫ btūs pe. fuit exaltat⁹
in triplici cathedra .ſ. pontificali. re
gali. ⁊ iudiciali In pontificali. exal
tauit eū dñs qn̄ eū ſummū pontifi
cē ꝯſtituit ⁊ ligādi ⁊ ſoluēdi ptātē
tribuit Sic legit̄ in euāgelio hodi
erno Math. xvi. Tibi dabo claues
regni celorū. ⁊ qdcunqꝫ ligaueris
ſup terrā erit ligatū ⁊ in celis. in
hac cathedra ſedit primo anthio
chie ſeptē ānis ⁊ poſtea rome. xx
v. annis. In q̄ cathedrā licet exalta
tus fuiſſet tn̄ multas ſuſtinuit tri
bulacōnes a nerone ⁊ ſymone ma
go Ipſe tn̄ cū ſapiētia ſua deuicit
eos. vn̄ de eo pōt exponi qd legit̄.
ij. Re. xxiij. dauid ſedēs in cathedrā
erat ſapiētiſſim⁹ int̄ tres. dauid i
terptatr̄ manu fortis ⁊ ſigt̄ petrū
qui fuit fortis in fide Cū eīn xp̄s q̄
reret ab apoſtolis Quē dicūt homi
nes eſſe filiū hoīs. Rn̄derūt. alij io
hannē baptiſtā alij helyam. alij
iheremiā ā vnū ex ꝓphetis Ait illis
vos āt quē me dicitis. Rn̄dit ſimō
petrus Tu es xp̄s fili⁹ dei viui. Ecce
qꝫ fortis fuit in fide ideo meruit ex
altari in cathedra papali. vnde ſe

quitur Et videns ihs dixit. Et ego
dico tibi qꝛ tu es petrꝰ ꝟ firmꝰ in fi
de q̄ſi petra. ⁊ ſup hāc petrā ediſi
cabo eccīam meā ꝟ totā xp̄ianita
tē q̄ſi diceret. caput ecc̄ie te conſti
tuo ꝓpter firmitatē fidei tue. Sic ptꝫ
ꝙ btūs pe. cōpatur david ꝓpt eiꝰ
firmitatē. Iſte ſedit in cathedra ro
mana ⁊ fuit ſapientiſſimꝰ int̄ tres.
Iſti tres p̄nt eſſe nero ſymon ma
gus ⁊ btūs pe. Ipſe eni ſapientiſſi
mꝰ fuit int̄ eos qꝛ eos v̄tutibꝰ ſupa
bat. Symonē p opacōem miracu
loꝝ ⁊ nerone p ſufficienciā pſecu
tionū ꝟ vincebat. ſic ptꝫ in legēda i
alio ſuo feſto. Sc̄do exaltatꝰ fuit ſā
ctus petrus in cathedra r̄gali ſiue
principali. ſ. q̄n eū dn̄s principem
aploꝝ cōſtituit ⁊ p cōſeqn̄s prin
cipē totiꝰ mūdi fecit. Iſtud figura
tuꝫ ē. iiij. Re. x. vbi dr̄ ꝙ rex ſalomō
fecit ſibi thronū ꝟ ſedē regalē grā
dem de ebore ⁊ veſtiuit eā auro etc.
et. xij. leunculi ſtabāt hinc ⁊ ind.
Salomō interp̄tat̄ pacificꝰ ⁊ ſig̃t
xp̄m q̄ pacē fecit inter deū ⁊ hoīez.
Eph. ij. Ipſe eni eſt pax nr̄a q̄ fecit
vtraq; vnū ꝟ deū ⁊ hoīez ſolueñs īimi
cicias in carne ſua ꝟ p carnē aſſum
ptā. vn̄ āgeli in natiuitate eius cā
tabant Gl'a in excelſis deo ⁊ in ter
ra pax hominibꝰ. Iſte verus ſalo
mon ꝟ xp̄s fecit cathedrā regalē.
p quā ſignificat̄ principalis dig
nitas quā beato petro impēdit. p
duodecim leunculos q̄ ſtabāt hic
et inde. ſignificāt̄ alij. xij. apl'i. Nā
preter ipm fuerūt adhuc. xij. cū be
ato paulo ſup q̄s eum dn̄s exalta
uit q̄n eū principē eoꝝ fecit. Cathe
dra illa fuit eburnea grādis ⁊ au
ro veſtita. Eburnea i caſtitatis p̄di
cacōne. Grādis in miraculoꝝ opa
tione. Auro veſtita in dei dilectōe.
vn̄ dicit̄ fuiſſe de ebore ꝓpter caſti
tatē. Elephas cuius dr̄ ebur caſtiſſi
mū animal ē. vt ait Yſidorꝰ. Quia
moderate miſcet̄ femine ⁊ pꝰ ɔcep
tionē cōtinet ſe ab ea ⁊ ea mortua
alia nō vtit̄. ſꝫ in caſtitate pſeuerāt.
Sic btūs petrus fuit in mrimonio
ſuo. qꝛ vnā tm̄ vxorem legit̄ habu
iſſe ⁊ poſtea aliam nō duxiſſe ſꝫ in
caſtitate pſeueraſſe. Ebur natura
liter frigidū ē ⁊ puocat hominem
ad caſtitatē. Sic btūs petrus ſua
p̄dicacōne hoīes ad caſtitatē puo
cabat. vn̄ dicit in canonica ſua p̄
ma ca. p̄. Succīcti eſtote lūbis mē
tis vr̄e ſobrij in opibꝰ ⁊ pꝰ paulu
luꝫ ſeq̃tur. Animas vr̄as caſtificā
tes. Itē. ij. Pe. ij. Nouit dn̄s pios de
temptacōe eripē. iniq̊s vero in die
iudicij cruciādos r̄ſeruare. magis
aūt eos q̄ pꝰ carnē in cōcupiſcēcia
et in imm ūdicia ābulant. Sc̄do ca
thedra illa fuit grādis ⁊ hoc i opa
tione miraculoꝝ. Ipſe eni maiora
miracula legit̄ feciſſe ꝙ aliq̃s ſan
ctorū. qd patet ex hoc ꝙ vmbra il
liꝰ ſanauit infirmos. Actu. v. Po
nebāt autē infirmos in plateis vt
veniēte petro ſaltē vmbra illiꝰ ob
umbraret quēꝗ illoꝝ ⁊ liberārent̄
ab infirmitatibꝰ ſuis. Itē in hoc ꝙ
ſolo v̄bo reſuſcitauit mortuos. vn̄
legit̄ d tabita ⁊ alibi etiā dicitur.
enea ſanet te dn̄s ihs xp̄s. Itē ba
culus eius ſuſcitauit quēdā mor
tuū. ſ. ſanctū Maternū. nam cū qua

dam vice duos diſcipulos ad pre
dicandū miſiſſet. ⁊ dum duas die
tas iuiſſent vnꝰ illoꝝ mortuꝰ ē et
alter ad eū redijt ⁊ ſibi nūciauit
hoc. Tunc petrus tradidit ſibi ba
culū ſuū vt ſuper eū poneret. qḋ cū
ille feciſſet ſtatī ille qui p quatuor
dies mortuꝰ fuit reſurrexit. Tercīo
cathedra illa fuerat auro veſtita.
p aurū qḋ eſt precioſiꝰ inter alia
metalla ſignificat caritas que ma
ior eſt omnibꝰ virtutibꝰ. Sicut di
citur p̄. Cor. xiij. Maior horum cari
tas. vnḋ Amb. Caritas mater om
nium virtutū. que homines infor
mat ſine qua nulla eſt vera virtꝰ.
Item caritas eſt veſtis nupcialis
qua ſi homo veſtitus nō fuerit nō
intrabit ad nupcias. vñ dictū eſt
illi q̄ hac veſte caruit Amice q̄mo
do huc intraſti nō hn̄s veſtem nu
pcialem .i. caritatē ⁊ miſſus eſt in
tenebras exteriores Hac veſte id ē
caritate veſtitus eſt ſanctus petrꝰ
quando deum ſuper omnia dilexit
Johannis vltimo. dominꝰ dicit ſy
moni petro. Diligis me plus hijs .i.
ſcilicet tempalibus vel diſcipulis
dicit ei. Tu ſcis domine quia ego
amo te Gloſa Qui omnia occulta
cordium ſcis. tu ſcis quia amo te
Signū hꝰ amoris oſtendit ante
paſſionem ⁊ poſt paſſionē in hoc
ꝙ ſecum mori voluit quādo dixit.
Paratus ſum tecū in carcerem ⁊ ī
mortem ire. non enī volebat ante
xp̄m mori. ꝙ ip̄m tantū diligebat
ꝙ eius preſēcia carere noluit. nec
volebat poſt eum mori. quia tunc
ſimiliter eius p̄ñcia caruiſſꝫ. Sed
volebat ſecū in carcerem ⁊ in mor
tem ire vt ſemp eius dulci p̄ñcia
frueret. Vere magna fuit illa dile
ctio. ꝙ mortē crucis ꝓ eo ſuſtinuit
Johānis. xv. Maiorem caritatem
nemo habet vt quis ponat animā
ſuam ꝓ amicis ſuis. Et qḋ tunc pro
miſit. vtiqꝫ feciſſet ⁊ cōpleuiſſet ſi
dño placuiſſꝫ ⁊ tñ poſtea ɔpleuit
cū ꝓ eo mortē crucis ſuſtinuit Itē
hoc oſtendit paſſio xp̄i quantū
eum dilexit quia ſemp eiꝰ paſſio
nem cum fletibus ⁊ luctu recorda
batur ſicut dicit clemens. Habuit
autem duplicē fletum .ſ. doloris ⁊
amoris. Doloris ꝙ ſemp cū maxi
mo dolore recordabatur ꝙ amicū
ſuum in paſſione negauerat. Cū
eñ negaſſet xp̄m gallo cantante
recordabatur v̄borū q̄ dominꝰ di
xerat ei. anteq̄ꝫ gallꝰ cantet ter me
negabis Exiuit ergo ⁊ amariſſime
fleuit. Et dicit clemēs. ꝙ p totum
tps vite ſue quotiēſcūqꝫ gallū cā
tantē audiuit lacrimas emittebat
recolens cū dolore ꝙ gallo cantan
te xp̄m negauerat. Habuit etiā
lacrimas amoris ex eo ꝙ frequēt
recordabat dulciſſime p̄ſēcie xp̄i
et melliſluorū verborum eius. ita
ꝙ lacrimas cōtinere non potuit ſꝫ
ſemper ſudarium portabat quo la
crimas tergebat. Et dicit clemēs
ꝙ ex nimio fletu ⁊ continuo facies
eius quaſi exuſta videbatur. Ter
cio exaltauit eum dominꝰ in cathe
dra iudiciali. Quia dominus ꝓmi
ſit ei ꝙ ipſe erit vnus eorū in die
iudicij qui ſuper omēs iudicādos
preſidebit Math. xix. dixit ſimon

petrus ad ihesuz Ecce nos reliq̄m⁹
omnia ⁊ ſecuti ſum⁹ te. quid ergo
erit nobis. Reſpōdit ihes⁹. Amen
dico vobis q̄ vos q̄ reliquiſtis oia
⁊ ſecuti eſtis me in regeneracione
cum ſederit filius hoīs in maieſtate
ſua. ſedebitis ⁊ vos ſuper ſedes iu
dicantes duodecim tribus iſrl̄. id
eſt vniuerſos iudicādos. Per duo
decim ſedes itelliguntur viri pfecti
qui omnes cum criſto iudicabunt
Gregori. In iudicō erunt quatuor
ordines duo ex pte reproborum et
duo ex pte electoruz. Aliqui enim
iudicantur et peunt ſicut mali cri
ſtiani quibus dicetur Eſuriui ⁊ nō
dediſtis michi manducare ⁊c̄. Alij
nō iudicātur ⁊ peribunt. ſicut infi
deles de quibus dicitur Qui nō cre
dit iam iudicatus ē. Alij indicātur
⁊ regnabunt ſicut boni xpiani q̄bus
dicetur. Eſuriui ⁊ dediſtis mihi mā
ducare Alij iudicabūt ⁊ regnabūt
quorum vnus principaliter erit
beatus petrus cui dominus claues
regni celoꝝ commiſit.

De eodem. ſer. xxvij.

TIbi dabo cla
ues regni celorum Math.
xvi. per claues iſtas poſſum⁹ itelli
gere illas v̄tutes que aperiūt nob
regnū celorum videlicet ſacramēta
Prima clauis eſt baptiſm⁹ ſine q̄
nemo pōt intrare in regnum celo
rum Joh. iij. Niſi quis renat⁹ fuerit
ex aqua et ſpiritu ſancto non pōt
intrare in regnum celorū. Eſt autē
triplex baptiſm⁹. ſ. flumis flamis
⁊ ſanguinis. Q2 baptiſmus aperu
it regnū celorū figuratuz ē in hoc q̄
ihu baptiſato apti ſūt celi Mat. iij
Sc̄da clauis ē fides. q2 ſine fide ne
mo pōt intrare regnū celorū Mar.
xvi. qui crediderit ⁊ baptiſat⁹ fue
rit ſaluus erit. q̄ vero non credide
rit ɔdemnabit᷑ Ad heb. xi. Sine fide
impoſſibile eſt hoīem placere deo
Aug⁹ ſup illo verbo Btā que credi
diſti dn̄o. Beatior fuit maria perci
piendo fidez criſti q̄ ɔcipiēdo carnē
xpi. Materna ppinquitas nihil ma
rie pfuiſſ; niſi felici⁹ xpm corde q̄
carne geſtaſſet. Vn̄. Eccī. p̄. Bene
placitum eſt deo fides ⁊ manſuetu
do Tercia clauis eſt peītentia Mat
iij. Peītentiā agite ⁊ appinquabit
regnum celorum Mat. xi. Regnuz
celorū vim patit᷑ ⁊ violenti rapiūt
illd Gl. Regnū celoꝝ vi patit᷑ cū pec
cator ad illud tanq̄ ad locū alienū
per penitentiam intrat. grandis vi
olentia. in terra naſci ⁊ celum cape
re per virtutem quod nō poſſum⁹
p naturaz. Hoc modo intrabat la
tro qui dicebat Luc. xxiij. Memen
to mei dn̄e ⁊c̄. Et reſpōdit ei Amē
dico tibi. ho. me. eris i para. Quar
ta clauis eſt tribulacō Actu. xxiiij
Per multas tribulacōes oportet
nos intrare in regnum celorū Lu.
vltio Oportebat criſtū pati et ita
intrare in gloriam ſuaz Multo ma
gis oportz nos itrare in regnū alie
nū p tribulacōes. Hoc mō oēs ſci
itrauerūt Ihero⁹. Quis ſcōruz ſine
tribulacione coronatus eſt quaſi
diceret nullus. Vnde cū peterz mr̄
filioꝝ zebedei xpm dicens Mathei

·xx· Domine dic vt ſedeant hi duo
Rñt neſcitis q̃d petatis poteſ· bibẽ
calicẽ quẽ ego bibiturus ſum· q· d
fatue petiſtis· Quia putatis q̄ ſine
tribulacõnib9 ⁊ āguſtijs ⁊ paſſio
nibꝰ poſſitis venire ad regnũ celorũ
cũ ego paſſionẽ ſuſtinẽ debeam· Et
hoc eſt qd dicit Mat· v· Beati q̃ per
ſecucõem patiũt ꝓpt iuſticiaꝫ qm̃
ipoꝝ ẽ regnũ celorũ· Quita clauis
ẽ huilitas math· xviij· n̄ efficiami
ſic puuli ⁊ huiles n̄ itrabitis i reg·
celoruꝫ mat· xix· Sinite puulos veni
re ad me taliũ ei eſt ꝛ̃gnũ celorum
Job· xxij· qui huiliauerit ſe erit in
glã ⁊ q̃ idmauerit oclõs ſuos ipſe
ſaluabit· Ber· p huilitatem aſcẽde
ad ſublimitateꝫ q̄ hec ẽ via ⁊ nulla
alia ꝑt eã qui aliter vadit poti9 ca
dit quam aſcẽdit· ſic patꝫ de dyabo
lo q̃ ꝓpt ſuã ſupbiã cecidit de celo·
ſupbia eniꝫ hoi claudit celũ· huili
tas vero aperit· Apoc· iiij· ecce dedi
corã te hoſtiũ apertũ· q̄ modicam
hẽs v̾tutẽ ⁊ huilitateꝫ· Sex̄ clauis ẽ
pauptas voluntaria mathe· v· beati
paupes ſpũ ⁊c̃· ber· O bona pauper
tas cui ꝓmittit̃ regnuꝫ celoꝝ vñ le
git mat· xij· Dixit adoleſcẽs q̇daꝫ
ad dñm mgr̃ bone quid faciam vt
habeã vitam et̃nã· Cui dñs vade ⁊
vẽde oĩa q̃ hẽs ⁊ da paupib9 ⁊ ha
bebis theſauꝝ in celo· qd audiẽs tri
ſtis· Et ait dominus quã difficile ẽ di
uitem intrare in ꝛ̃gnũ celorũ hoc ẽ
intelligẽdũ de amãtib9 pecuniaꝫ ⁊ n̄
diſtribuentib9 ſic debẽt· diues eniꝫ
in ꝛ̃b9 ꝑt pauper eſſe i ſpũ· ber· Nõ
paupertas v̾tus ꝛ̃putabit̃· ſꝫ amor
pauptatis· denicꝫ beati pauperes

nõn rebus ſed ſpũ iudicãtur· Sep
tima clauis eſt mia ſiue elemoſina
que preparat homini locũ in ꝛ̃gno
celorũ· Eccĩaſt· decĩo ſexto· Ois mia
faciet vnicuiqꝫ locũ ⁊c̃ vñ dñs· mathe
xvi· Facite vobis amicos de mam
mona iniq̃tatis vt cũ vos defeceritis
recipiãt vos in eterna tabernacula
s· pauperes q̃bus miſericordiã fa
citis in hac vita· hoc modo quilibꝫ
põt intrare in regnũ celorũ quãtũ
cũqꝫ paup Aug9· regnũ celoꝝ tan
tũ valet quantũ habes Greg̃· Cor
namqꝫ ⁊ non ſubſtantiã pẽſat dñs
thob· iiij· Si mlt̃ũ tibi fuerit tribue
abũdanter ⁊c̃·

De ſãcto mathia ſmo· xxvij·

Beati quos ele
giſti ⁊ aſſumpſiſti dñe ha
bitabunt in atrijs tuis pſ· lxiiij· v̾
ba iſta dupliciter ſunt conſiderãda
ꝑmo q̃o ↄuenĩũt beato mathie·
ſcdo q̃o ↄuenĩũt cuilibet xp̃iano
Et bene poſſunt exponi de iſto ſan
cto quem dominus loco iude elegit
⁊ aſſumpſit in ſuã hereditatẽ· pſ
Btĩ qui hitãt in domo tua domine
De cuius electõne legitur Actu· ij
Cũ inter aſcẽſionem ⁊ pẽthecoſten
apl̃i ſimul eſſent· vidit beatus pe
trus q̄ nũs apl̃orũ eſſet diminu
tus quos dominus hoc nũo elegeãt
cũ eẽnt· xij· ſurrexit i medio fratrũ
dicẽs viri fratres oportꝫ vt aliquẽ
loco iude ſubſtituamus qui teſtet̃
nobiſcum reſurrectõneꝫ xp̃i Quia
dominus dixit nobis eritis michi
teſtes in iheruſalem ⁊ omni iudea
et ſamaria vſqꝫ ad vltimum terre·

Et quia teſtis non debet teſtimoniū
ꝑhibere niſi de hijs q̄ vidit ⁊ audi
uit. Idcirco eligēdus ē vnꝰ ex hijs
viris qui nobiſcū fuerūt ⁊ mirabi
lia viderunt ⁊ eius doctrinā audie
rūt. Et ſtatuerunt duos de ſeptua
